
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
24 M
9


N. 2.


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
24 M
9


N. 2.

IN HOC VO: LVMINE

Continentur.

¶ Proemialis epistola in qua de origine Cenobitice & Eremitice vite: deq; earum primis institutoribus: ac mutua inuicem connexione atq; affinitate: & de monachi: cenobite: eremite: & anachorite nomine agitur.

¶ Pro Cenobitis.

REGVLA

Cenobitice vite a beatissimo Benedicto abbate & cenobitice vite institutore omniumq; occidentalium cenobitarum patre circa annum domini D.xx. edita. Beato Greg. teste discretione precipua & sermone luculenta.

¶ Vita & miracula eiusdem beatissimi Benedicti abbatis a sanctissimo Gregorio pont. max. in secundo dialogorum libro sic eloquenter descripta vt ipsa rerum claritas scriptoris illustretur eloquio.

¶ De eodem beatissimo Benedicto ex secundo libro D. Francisci Petrarche de vita solitaria.

¶ Pro Eremitis.

REGVLA

Eremitice vite a beatissimo Romualdo eremita et eremitice vite mirifico institutore ac omnium occidentalium eremitarum patre camaldulensibus eremitis circa annum domini .M.xv. tradita quam & sacre camaldulensis eremi constitutiones dicere possumus.

¶ Vita eiusdem beati Romualdi a beato Petro Damiano eius coetaneo .S.R.E. Cardinali circa annum domini .M.xl. eloquenter descripta.

¶ De eodem beato Romualdo quedam ex varijs locis excerpta.

¶ Eiusdem beatissimi Romualdi vita a D. Francisco Petrarcha in secundo libro de vita solitaria in compendium redacta.

¶ Regula eremitice vite a beato Petro Damiano eloquenter descripta.

¶ Beati Basilij episcopi de laudibus solitarie vite aureum opusculum.

¶ Ex quibus multa nunquam antea impressa fuerunt.

D. Romoaldus de Blanchis Mantuanus.



S. Benedictus Cenobitice vite institutor.

S. Romualdus Eremitice vite institutor.

b

¶ Religioso lectori salutem in domino sempiternam.



Um ex plurimis monachorũ generibus due tãtũ sint monastice vite admirabiles ac deo grate institutiones Cenobitica .s. atq Eremitica ꝯuersatio: beatis illis antiquorum patrum seculis in orientalibus regionibus Paulum altera: Altera Antoniũ principes atq preclarissimos habuerunt institutores. Nam (beato Hieronymo teste) a Paulo primũ eremus habitari cepta est: ab Antonio aũt multorum excitata sunt studia: et vt alius qdam nobilis auctor tradidit: iuxta fidẽ gestorum ꝯstat q et Paulus in eremo singulariter vixit: et plures Antonius discipulos in monastica ꝓfessione enutriuit. Et Paulus quidem ita eremitice institutionis caput princepsq fuit: vt primi eremite cognomen sibi per omne euũ iure ac merito vendicauerit. Antonius vero ideo cenobitice conuersationis auctor atq primus habitus est institutor: quia primus omnium comuni cohabitatione et omnibus que ad humane fragilitatis presidium sunt necessaria i cõmuni positis simul multos viuere monachos docuit. Unde cenobite: idest in communi vitam agentes appellati sunt: ipseq ãte oẽs abbatis idest fratrum multorum simul habitantiũ patris nomẽ sortitus est. In occidẽtali autẽ plaga sicut alia multa q̃ ad xp̃i fidem ptinent: ita vtriusq monastice ꝯuersationis institutio tardius locum inuenit: duos tñ sicut in oriente non dissimili inter se inuicem ꝓportione Benedictum altera: Altera Romualdũ illustres ac sanctissimos principes atq institutores habuerunt: beatissimus nanq per oĩa vir dñi Benedictus nõ ideo oĩum occidentalium cenobitarum pater appellat: q nеminem ante se habuerit huius vite sectatorẽ: sed quia primus omniũ in occidẽtali ecclesia cenobitice vite regulas tradidit. Et q̃uis ipse sue ꝯuersionis initio eremiticam arripuisset institutionem: tribusq in illa annis (vt beatꝰ scribit Gregorius) excepto vnico Romano monacho oĩbus hominibus incognitus in arctissimo specu latuisset: ad cenobiticam tamen postmodũ vitam ꝯuersus: cenobitice ꝯuersatiõis auctor et princeps effectus ceteris oĩbus omissis monachorum generibus: cenobitis solũ cenobitice viuendi regulam scripsit. Et q̃uis locum dilecte soli-

¶ ij

tudinis semp magis amauerit:ad multoꝝ tñ vtilitatem vsqꝫ ad feli
cissimam ꝛ valde gloriosam suam ad xp̄um migrationem in suo cas
sinensi cenobio cenobitaꝝ plurimoꝝ pater ꝛ abbas cenobitice ꝯuer
satus est. Uita vero eremitica in occidētali ecclia sectatorē forte ali
quem: institutorem aūt nullū habebat: primus vero in ea auctor ꝛ
institutor fuit vir omni sanctitate cōspicuus atqꝫ p oīa admirabilis
simus beatissimus Romualdus:q ante oēs eremitice viuendi regu
las ꝛ institutiones nō scriptis:sed suo viuēdi exēplo suisqꝫ documen
tis ꝛ admonitionibꝰ coetaneis suis tradidit:ꝛ posteris oībus dereli
quit:christū fortasse dñm imitatꝰ:qui q̄ ipse faciēdo ac docendo insti
tuit:nō scriptis tradidit:sed alijs post se scribēda reliquit. Qui qdē
beatissimus Romualdus cū suis primo sue ꝯuersatiōis articulo vitā
arripuisset cenobiticam:atqꝫ in ea tribꝰ annis (vt q eius vitam lu
culento s̄mone descripsit: Petrus damianꝰ testatur) in clarissimo
tūc tēporis classensi cenobio cenobitice vixisset:pfectioris tñ vite de
siderio ad eremiticam postmodum sese transtulit ꝯuersationē: ꝛ ex
centūuiginti quos habuit vite annos nonagintaseptem pari oīo cū
Paulo numero vsqꝫ ad sanctissime vite sue felicissimā ꝯsumationē
vitā duxit eremiticā:atqꝫ in diuersis nō italie modo:sꝫ in trāsalpinis
et trāsmarinisqꝫ regionibus eremos q̄ plurimas instituit:ꝛ innume
rabiles q ad eū vndiqꝫ confluebāt nobilissimos viros eremitice vi
uere docuit:ex quibus ipso adhuc i carne degēte multi ad gloriosam
martyrij palmā puenerūt. At vero si altius haꝝ institutionū originē
repetamus: inueniemus in veteri testamento Heliam solitarie vite
formam seruasse:eius aūt discipulū Heliseum aucto discipuloꝝ nu
mero cenobitice vite institutionē expressisse. Hec aūt qsqs diligētius
ꝯsiderare voluerit apte intelliget:has duas sancte monastice ꝯuer
sationis institutiones non ab hominibꝰ:sed adeo potius humano ge
neri traditas fuisse: q cum sit rex oīum prouidus ac sapiētissimꝰ mo
derator ꝛ rector:atqꝫ humanaꝝ creaturaꝝ precipuus ac singularis
amator:electis suis quos saluaē ante oīa secula dcreuit:mira dispen
satione duas istas religiose viuendi formas quasi duas ad eternam
beatitudinem facillime perueniēdi semitas sub veteri adhuc lege in
Helia ꝛ Heliseo a longe ostēdit:ꝛ iam promulgato euāgelio ꝓprius
ꝛ apertius in sanctissimis seruis suis Paulo ꝛ Antonio in oriente:
Benedicto ꝛ Romualdo in occidente demōstrauit:vt eas arripien

tes quasi p vias regias incedētes ad sancte supne Hierusalem ineffabilia gaudia q̄ ipse timētibus ac diligentibus se pparauit feliciter peruenirēt. Sz ꝛ si ex his q̄ diximus vtriusqȝ vite originē, pgressumqȝ qsq̄ ꝯsiderarē voluerit: quasi sorores duas eas esse magna affinitate mira qȝ in dissimili habitus specie similitudine ꝯiūctas facile poterit intueri. Nā qꝫ in oriente Paul⁹ eremiticee vite auctor ꝛ princeps nonagintaseptem annis solitariā vitam duxit oībus hoībus incognit⁹: soli aūt Antonio cenobiticee vite auctori diuina dispēsatiōe ante q̄ ex hoc seculo solueret innotuit: Antonius vero cenobiticee vite institutor multos ꝯgregauit discipulos eisqȝ cenobiticee in cōmuni. f. viuēdi regulas traddidit ante q̄ Paulū eremitā vllo mō cognouisset: ex hac aūt vita migrare nō potuisse visus ē: nisi (diuina istruēte reuelatiōe) Paulū eremitam vidisset: allocutusqȝ fuisset. In occidente aūt qꝫ admirabili ac diuina penitus dispositione ex eremi solitudine beatissimus pater Benedictus procedat: vt cenobitis socialiter viuendi regulas tradat: ꝛ opposita quadā similitudine ex cenobij sociali conuersatione beatissimus Romualdus pcesserit: vt eremitis solitarie viuendi institutiones traderet: qꝫ scilꝫ a solitaria vita incepit: q cenobiticam instituit ꝯuersationeꝫ: ꝛ a cenobiali institutione incohoauit q eremiticee vite fuit institutor: qꝫ ille q cenobiticee ꝯuersatiōis futurus erat magister ꝛ auctor p tres annos ante eremiticaꝫ vitam duxerit: hic vero eremiticee vite futur⁹ diuinitus institutor ꝛ princeps priusq̄ eremiticam aut ipse vitaꝫ duceret: aut alios solitarie viuere doceret: p tres ānos cenobiticā experiret ꝯuersationē: ꝛ si altius respiciam⁹: qꝫ Helias solitarie vite ostensor Heliseum cenobialis quodāmodo vite auctorem discipulum habuit: ipse vero Heliseus q congregata pphetaꝝ multitudine cenobiticam expssit ꝯuersationeꝫ: nō alium q̄ Heliā solitarie vite sectatorē magistrum hēre potuit: diuina penitus ordinatione hec omnia facta fuisse apertissime demōstrāt: ꝛ quāta sit vtriusqȝ monastice vite affinitas atqȝ ꝯiunctio: his q ex reꝝ ipsaruꝫ successibus diuinā intelligere dispēsationem possunt manifestissime ostēdunt. Et pfecto qsqs has duas (de qbus loquimur) monastice vite institutiones diligentius cōsiderare: eaꝝqȝ nō originem tm̄: sed singula istituta accurate pscrutari voluerit: clarissime intelliget eas tanta inuicem affinitate mutuaqȝ ꝯplexione iunctas esse: vt neqȝ cenobitica absqȝ aliqua eremiticee institutionis participatione integra

esse videatur: neqz eremitica sine aliquo cenobitice vite adminiculo
perfecta possit appellari. Et procul dubio quicunqz earum alteram
experiri ceperit: vtranqz vtriusqz egere auxilio cognoscet: com-
municareqz vtriusqz vite sectatores in plurimis precipuisqz institu-
tionib⁹ inueniet: ob idqz nō imerito cōmuni noīe vtrosqz monachos
appellatos esse intelliget. Quāuis.n. (si ad vim vocis ꝓpriamqz no
minis significationem attendamus) monachus nihil aliud q̄ solita
rius dici possit: tū tam cenobite q plures in eodem cenobio viuūt: q̄
eremite q (si vere futuri sunt eremite) plures in eodē proposito eādē
incolunt solitudinem monachi ꝯuenientissime appellātur: ⁊ monaste-
rium nō vni⁹ tm̄: sꝫ plurimoꝝ cōis habitatio vocari nō incōgrue con-
sueuit: satisqz solitarij vtriqz existimantur: si (q̄tum humana potest
infirmitas) exterioris interiorisqz populi fugerint multitudinez: si ho
minū .s. aliter viuentium freq̄ntiam exteriori ꝯuersatione declinaue-
rint: passionum vero ⁊ egritudinū animi varias multiplicesqz acies
q̄ sese in humanis mentibus ingerere solēt: interiori exercitatiōe in-
cessabili sanctaꝝ virtutum p̄sidio a proprij pectoris arce effugaue-
rint: vt sol⁹ diuinitatis amor in corde valeat residere. Unde verius
monachus appellari pōt. nō q sue ꝯuersationis ꝯsortem neminez ha
bere voluerit: sꝫ q eiusdē ꝓpositi socios nō abhorrēs vtriusqz populi
freq̄ntiā corpore ⁊ animo soli deo vacādi studio ꝑfectius declinaue
rit: siue in cenobio siue in eremo cum multis eiusdem propositi fra-
tribus vitam ducat. Ad oīum igit̄ monachoꝝ quoꝝ laudabilis ap-
probataqz est ꝯuersatio ad cenobitaꝝ .s. atqz eremitaꝝ (ex plurimis
enim monachoꝝ generibus hec duo tantum approbata sunt) vtilez
necessariamqz instructionem non satis esse existimantes: aut cenobi
tice vite regulam sine eremitice ꝯuersationis institutionibus eis tra-
dere: aut eremitice vite instituta sine cenobitice ꝯuersationis regulis
illis proponere: vtrasqz iungēdas copulandasqz esse valde proficuū
valdeqz necessarium esse duximus. Quo circa beatissimi p̄ris Be
nedicti oībus iam notissimam regulam quā (omissis ceteris mona-
choꝝ generibus) solis cenobitis se scripsisse testatus est: ⁊ sanctissimi
Romualdi non hactenus in lucem editam eremitice vite regulam
⁊ institutionem: quam non ipse descripsit: sed suo viuendi exemplo vi
ueqz vocis ꝑpetua (dū vixit) admonitione tradidit ꝑ aliquoꝝ sctōꝝ
eremitaꝝ monumēta ad nos vsqz deductā: in hoc quē pre manibus

habes libello cõiũgere atq3 copulare curauim⁹: siquidem ex vtraq3 institutione vtriusq3 vite sectatoribus magnam pucnturam esse vtilitatem atq3 iucũditatem sperauimus. Poterũt nanq3 cenobite cũ eremitice vite instituta plegerint: aut suam cum humilitate cõuersationem tenere: z in cenobio positi eremiticam in multis emulari pfectionem: aut ex cenobio ad eremum: ex cõi pugna ad singulare certamen: ex pfecta ad pfectiorem cõuersationem accedere: quod qdem nulla cenobitice vite institutio: nulla beatissimi cenobitaꝝ oium pris z institutoris Benedicti prohibet auctoritas: q ordinatissimã atq3 pfectionis studiosis cõgruẽtissimã progressionem esse in ea quam cenobitis tradidit regula3 sepius testatus est: vt ex teneris cenobite cõuersationis initijs ad validiora eremitice vite instituta quasi de bono in melius z de virtute in virtutem pficiscẽtes ad pfectiõis excellẽtiã quã oẽs optare atq3 oium studio z diligẽtia appetere tenemur recta seruata ascensionis semita pgrediãtur. Eremite vero plecta cenobitice vite regula salubriter erubescẽt poterũt: si maiora z pfectiora in eremitice vite istitutione professi: minora ac leuiora cenobitice cõuersationis instituta non ad integrum obseruauerint: z quãta ab eis singularis vite puritas atq3 oium virtutũ cõsumatissima pfectio requiratur clarius poterũt intueri: cum viderint q̃ pfecta cenobitis ppo/sita sint istituta: i qb⁹ illos deficere turpe ac dãnabile est: q plurima maiora pfectioraq3 huare (si vere futuri sũt eremite) ex sua pfessiõe tenent. Utroꝝq3 itaq3 cenobitaꝝ .s. z eremitaꝝ pfectib⁹ (q̃tũ deo auxiliãte possumus) cõsulere cupiẽtes: vtriusq3 vite regulas z institutiones his (vt vides) characteribus impssas (qd hactenus factum fuisse non credimus) sectatoribus vtriusq3 vite pponim⁹. Et q2 duo isti sanctissimi patres Benedictus z Romualdus cenobitice z eremitice vite auctores nullo modo potuerũt aliter viuere q̃ docuerũt: z bene viuentium exempla efficaci⁹ freq̃nter q̃ eoꝝ monita alios ad bene viuẽdũ allicere atq3 animare solent: vt istoꝝ sanctoꝝ patrum doctrina vtriusq3 sanctissime vite magnificis cõfirmet exemplis (nõ satis.n. firma ea putatur docẽtis disciplina q̃ doctoris nõ roboratur exemplis) amboꝝ sanctissimoꝝ patrũ regulis vtriusq3 sanctissima3 admirabilissimamq3 vitam cõiũximus: quaꝝ alterã beatissim⁹ Gregorius vniuersalis ecclesie pastor mirificus ita descripsit: vt ipsa reꝝ claritas smonis illustretur eloq̃ntia: altera3 aũt nobilissimus auctor

btūs Petrus damian⁹ Romane ecclie cardinalis ꝛ solitarie vite singularis amatoꝛ:vite moꝛibus ꝛ doctrina spectatissimus ꝯscripsit: ꝛ mire eloq̄ntie sue oꝛnauit eloquio. Utrāqꝫ vero singularis sui tem poꝛis auctoꝛ D. Frācis̄cus petrarca i bis q̄ de solitarie vite laudib⁹ scripsit ꝯpēdiose collegit:cuius ꝯ p̄dictis duobus patribus scripta huic operi deesse passi non fuimus. In quibus omnibus qsqs volue rit subtilius vtriusqꝫ sanctissimi viri vitam moꝛesqꝫ considerare:oēs disciplíne ꝛ magisterij coꝝ foꝛmas velut in quibusdam viuis imagi nib⁹ exp̄ssas poterit intueri. Hoc aūt eo ꝯsilio fecim⁹:vt ex vtriusqꝫ nō solū doctrina ꝛ institutione:s; clarissimis quoqꝫ vite ꝛ ꝯuersatiōis exemplis vtriusqꝫ vite sectatoꝛes in dei seruitute:quā solum illi p ce nobiticam:isti per eremiticam pꝛofessionē inquirere debent: facili⁹ magisqꝫ ꝓficere possint. Neqꝫ.n.aliud hoc nr̄o laboꝛe q̄rim⁹(ꝓpriā ꝯscientiam deumqꝫ ipsum testem habemus) ꝙ dei gloꝛiam seruo rumqꝫ eius(eoꝝ p̄cipue q monasticam vitam pꝛofessi sunt)ꝓfec tum. Nō quidem vt vberius ꝯseq̄remur: in hoc ipso qō tenēs volu mine aliam quoqꝫ eremitice vite regulā quā supꝛa memoꝛat⁹ Pe trus damian⁹ ꝯscripsit q ex eremitice vite humili instituto ad cardi nalatus culbect⁹ dignitatem ex illo sublimioꝛi gradu vltro ad eremi tice vite redijt humilitatem: ꝛ institutoꝝ sanctitate ꝛ sermonis elo quentia clarissimā nō alias(vt putamus)impꝛessam:neqꝫ multis in locis repertā in lucem dare curauimus. Beatissimi quoqꝫ ꝛ eloquē tissimi viri Basilij eremitice vite sectatoꝛis ac laudatoꝛis eximij quodā de solitarie vite laudibus paruū sed p̄clarissimū opusculū addidimus:nō quod alias impꝛessū est sed quod neqꝫ antea typis excussum neqꝫ in multis scriptis exēplaribus vulgatū existimam⁹.

¶ Nō vero(cenobitice vite regula a beato Benedicto edita toto pene oꝛbe olim diuulgata)eremitice vite institutiones que a beatissi mo viro Romualdo iā quingentis ꝛ eo amplius annis tradite fue runt:ꝛ vsqꝫ ad hec tēpoꝛa solum camaldulensibus eremitis note ce teros oēs latuerunt:nunc demū post tot secula cū his que eadē fere etate a Petro Damiano de solitaria vita scripta sunt in lucem pꝛo deant:diuina factum esse dispensatione facile credim⁹:vt hoc potis simū tepoꝛe eremitice vite regula ꝛ institutio in hominum(p̄cipue seruire deo cupientiū)notitiā deueniat:quando ois cenobitica ꝯuer satio(quod pace oīum dictum sit)adeo declinasse videtur: vt his q

a seculo ad dei seruitutē ɔuerti cupiunt nō facile sit persuadere: vt ad cenobiticam ɔuertantur institutionē: ꝛ ex his qui in cenobijs professi sunt ꝙplurimi ꝛ perfectiores quidē magno solitarie vite desiderio te nent. Et (ni fallimur) nunc profecto tēpus esse videt: vt oēs qui presentis vite tranquillitatem ꝛ future felicitatē facilius ac perfecti⁹ adipisci ɔcupiscunt: siue secularem adhuc vitā ducant: siue in cenobijs ɔuersentur: ex innumerabilibus que ciuitates habent peccādi occasionibus quasi ex maris ꝓcellis ac tēperatib⁹ ad placidū ꝛ secretū solitudinis portum ɔfugiant. Nā ꝛ olim oēs qui monasticā vitā ducere decernebāt adeo in solitudinibus degebant: vt sanctoꝝ ɔciliorꝝ ꝛ sacrorum canonum multis institutis monachi habere habitacula in ciuitatibus vel etiā ipsas ingredi ciuitates prohibeātur. Sꝫ (vt sunt reꝝ oium vicissitudines) vel belloꝝ turbines fugientes: vel secularibus hominibus in his q̄ ad salutē pertinēt auxilio solatioqꝫ esse cupientes: ex sacris solitudinibus ad prophanā ciuitatū frequentiā quasi ex oium delitiaꝝ paradiso ad multaꝝ miseriaꝝ plenum ergastulum monachi descenderunt. Nunc vo cū iā plura ꝛ frequentiora misera belloꝝ incōmoda patiat qui in ciuitatibus degunt ꝙ q in solitudine cōmorantur: ꝛ (qd nō sine maximo dolore nec cogitare qdē possumus) ois monachoꝝ ɔuersatio eo vsqꝫ miserabiliter deducta sit: vt coꝝ ɔsuetudo ꝛ familiaritas secularibus viris nō amplius (vt ante solebat) in his que ad deū pertinēt solatio ꝛ auxilio existat: sed (quoꝝ culpa eueniat alij iudicauerint) scandalo ꝛ ludibrio manifestissime esse ceperit: ita vt iā magis religiosis obesse ꝙ secularibus ꝓdesse ois huiusmodi ɔsuetudo ꝛ familiaritas soleat: tēpus certe est vt ex cenobijs q̄ intra ciuitatū menia claudunt ad liberas atqꝫ abditas solitudines iteꝝ monachi reuertant. Quare nō irrationabiliter diuine dispēsatiōi deputam⁹: ꝙ hoc tēpore eremitice ꝛ solitarie viuēdi regula ꝛ institutio q̄ p tot secula in sola sacra camaldulēsi eremo latuit: in oīuꝫ notitiā ɔueniat: qū cenobitica maxime i ciuitatib⁹ ɔuersatio nec secularib⁹ placet aut ꝓdest: neqꝫ ipsis cenobitis multū iucūda aut ꝓficua esse pōt: vt vtriqꝫ picula ciuitatis atqꝫ icōmoda fugiētes qūo in solitudinis tranqllitate viuere religiose debeāt: in hac ipsa eremitice vite regula plenissime valeant intelligere. ¶ Ceteꝝ ne lōgioribus te detineremus dicēdi finē facere iā cogitabam⁹: veꝝ qm̄ nunc venit in mentē nō nullos esse: qui monachos solū cenobitas

appellari posse existimant: et fere oēs nihil inter eremitas et anachoritas distare sentiunt: multiqꝫ his nominib⁹ impropie frequenter vtūtur: operepreccium duximus: pro his qui nimus aut in grecis litteris aut in legendis his que ad monasticā pertinent disciplinā exercitati sunt: hoꝝ quorūdamqꝫ alioꝝ nominū ꝓpriā significationē declarare: et q̄liter illis vsi sint latini scriptores demōstrare. Monachus itaqꝫ (vt ab hoc incipiamus) si nois propriā significationē attendun⁹: nihil aliud q̄ solitarius dici potest. Omnes tñ qui de monastica institutione tractāt eo noīe ita vtunē: vt ad cenobitas: eremitas: anachoritas: sarabaitas: gyrouagosqꝫ (et si quod aliud sit monachoꝝ gen⁹) cōmune sit. Nā disertissimus auctor et in his que ad monasticā ꝯuersationē pertinent doctissimus Jo. cassianus in collatione .xviij. tria imo quatuor numerat monachoꝝ genera: sub hoc monachi nomine cenobitas vꝫ: anachoritas: sarabaitas: et quartū quodā eo tempore exortum monachoꝝ genus cōprehendens: oēsqꝫ monachos appellari clarissime asserens. Et beatissimus pater Benedictus in p̄mo regule sue caplo monachoꝝ quatuor esse genera affirmat: non cenobitas tm̄ sed anachoritas vel eremitas: necnō et sarabaitas et gyrouagos monachos appellari aperte demōstrans. Frustra.n. aut cassianus: aut beatus pr̄ Benedictus tria vel quatuor esse monachoꝝ genera diceret: si cenobite solum qui vnū tm̄ genus sunt monachi essent appellandi. Monasterium quoqꝫ licet ipsius nominis proprietate vnius habitatio significare videaē: tamen eodē cassiano in eadē collatione teste et vnius et plurimoꝝ monachoꝝ habitatio monasteriuꝫ appellari pōt: atqꝫ vt ibidē legiē a cenobio in eo distat: q̄ monasterium nihil amplius q̄ locū idest habitationē significat: vbi monachi siue cenobite siue eremite seu etiā sarabaite: vel in cōi vel singulariter habitant. Cenobium v̄o nō locum tm̄ et diuersoriuum monachoꝝ sed ꝓfessionis ipsius qualitatē disciplinamqꝫ designat: nec cenobium dici pōt nisi vbi plurimoꝝ cohabitantiū degit vnita multitudo. Cenobite quoqꝫ nomen (vt ipsa denotat ꝓpria nois significatio) ad eos solum referendū est: qui in cōi viuūt sub eadē disciplina: oīa penitus cōia habētes: et ex cōione ꝯsortij (vt cassianus testatur) cenobite dicti sunt: eoꝝqꝫ celle cenobia sunt appellata: quos beat⁹ pr̄ Benedictus militare sub regula vel abbate affirmat et fortissimum monachoꝝ gen⁹ appellat. Eremite v̄o et anachorite nomina aliq cō

8

fundant: ⁊ idē vtrunqꝫ significare existimant: aliq aũt improprie eis dem vtunt. Nam ⁊ eos qui eremite ꝓprie sunt anachoritas vocant: ⁊ illos qui anachorite sunt eremitas appellant. Sꝫ re vera eremita aliqñ generale aliqñ speciale nomē est. Qñ nãqꝫ cõe nomen est: oẽs solitariam vitam agentes: siue eremite proprie: siue anachorite seu etiã sarabaite ac gyrouagi sint cõprehēdit. Qñ vero speciale nomē est: illos proprie solitarios significat: qui solitarias cellas incolentes certo loco resident: ⁊ necessaria humane fragilitati superioris ordinatione ac benedictione suscipiunt. Anachorite vo illi proprie appellantur: qui ab alijs secedentes per eremi vastitatem soli vagantur: cellas non habent: necqꝫ certo vllo ꝯsistunt loco ex arborum fructibus ⁊ herbaꝝ radicib⁹ que illis solitudo prestat viuẽtes. Anachoritas.n. quasi extra chorũ dictos quidã existimant: ana enim (aiũt) grece latine seorsum dicitur: chorus aũt multitudinis ordo appellatur: inde anachorite quasi seorsum a choro.i.a multitudine appellati sunt: qui licet in eo veꝝ dicant: ꝙ ana ⁊ choris apud grecos idem qd̄ apud nos seorsum ⁊ seperatim significent: in hoc tñ nõ mediocriter falluntur: ꝙ anachorite per o magnum: choros aũt vt multitudinis ordinē dicit: per o paruum apud grecos scribuntur. Unde nõ a choros quod nos choꝝ dicimus: sꝫ a choros per o magnũ scriptum quod nos locũ seu regionē dicere possumus: dicti sunt. Nã ⁊ choris seperatiꝫ ⁊ choreo secedo ⁊ chorisis secessus ⁊ chorismos separatio: ⁊ alia multa in hoc significatum per o magnũ apud grecos scribũtur: ex quibus satis ꝯstat: ꝙ anachorite non quasi extra choꝝ (vt illi aiunt) sed potius quasi loco separati secedentes vel (vt cassian⁹ ait) secessores ꝯuenientissime dicuntur. Hec vero oĩa eloquentissimorũ testium auctoritate probari possunt. Nam ⁊ Seuerus Sulpiti⁹ inter primos latinos scriptores merito annumerandus: in eo dialogo quē de miraculis sancti Martini ꝯscripsit: qui sint cenobite: qui eremite: qui qꝫ anachorite: eloquentie sue eloquio declarauit. In capitulo etenim quinto de cenobitis ait. Habitant vno in loco plerunqꝫ centeni quib⁹ summũ ius est sub abbatis imperio viuere: nihil arbitrio suo agere: per oĩa ad nutum illius potestatēqꝫ pendere. De eremitis vero statum subinfert. Ex his si qui maiorē virtutē mente conceperint: vt acturi solitariam vitam se ad eremũ ꝯferunt: nõ nisi permittente abbate discedunt. Et paucis interpositis inquit. Trãsgres

sis ad eremū abbatis ordinatione panis vel quilibet cibus ali⁹ trāſ mittitur. De anachoritis aūt eiuſdē opuſculi cap̄lo. ix. ait. Fides xp̄i adest me nihil fingere: neq3 incertis auctoribus vulgata narrare: ſ3 que mihi per fideles viros cōperta ſunt explicabo. Habitāt pleriq3 in eremo ſine vllis tabernaculis: quos anachoritas vocant. Uiuūt herbarū radicibus: nullo vnq̄ certo loco ꝯſiſtunt: ne ab hominib⁹ fre quententur. Quas nox coegerit ſedes habent. Et de quodā hoc ri tu atq3 hac lege viuente ibidem quedā mirabilia narras ſepi⁹ ipſu3 anachoritam vocat. Ex quibus oībus quid inter cenobitā ⁊ eremi tā: necnon quid inter eremitā ⁊ anachoritam diſtet: plane poſſumus intelligere. Sed ſi cui ſatis non eſt hoc diſertiſſimi viri teſtimoniu3: Petri Damiani eloquentiſſimi quidē hominis opuſculum de vite ſolitarie inſtitutione legat qd̄ in hoc volumine ꝯtinet: ⁊ inueniet hec eadem ab eodem auctore apertiſſime demonſtrata. Tertio etenim cap̄lo (poſtq̄ d̄ vite ſolitarie origine diſſeruerat) iter cetera ait. Ere mitarū ordo bipartitus eſt: quorū videlicet alij cellas incolunt alij paſ ſim p̄ eremi deſerta gradientes certas ſedes habere ꝯtemnunt. S3 qui per eremum ſpatiando diſcurrunt anachorite: qui vero cellis ꝯ tenti ſunt vſitato vocabulo eremite dicuntur: quibus nimirū nomen cōmune factum eſt ſpeciale. Et pauciſſimis interpoſitis. Anachori tarū (ait) iam tunc filij Jonadab primitie fuerunt: qui (ſicut Hiere mias teſtat̄) vinū ⁊ ſicerā non bibebant ſed habitabāt in tentorijs: ⁊ quas nox cōpulerat ſedes habebant. Et poſt alia q̄da3 ſubinfert. Nos ſanctis anachoritis qui hoc tempore aut rari ſunt aut nulli ſo lam reuerentiam exhibemus: ad eremitas aūt omne huius diſputa tionis articulu3 vertimus. In quibus aperte videtur ⁊ cū Sulpitio ſentire: ⁊ ea que ꝓpoſuimus clariſſime cōprobare. Sed de his ſatis.

¶ Ultimo aūt nr̄e hui⁹ epiſtole vel p̄fatiōis loco iuuat hoc dicere: nō ſperare nos eorū linguas eſſe euaſuros: qui ſummam ſapientiam ⁊ doctrinā exiſtimant oībus maledicere: nemini parcere: aliorū opa (ſi bona ſunt) male interpretari: ſi inter multa recte dicta minimu3 quid erratum inuenerint (hoc. n. ſtudioſe inquirunt) oīa damnare: maledictis detractionibuſq3 ⁊ opera ⁊ auctores proſequi: nihil niſi quod ipſi agunt rectum putare: nihil demū niſi ſeipſos approbare: ſ3 his placere nobis nulla cura eſt: quis. n. his qui huiuſmodi ſunt pla cere vnq̄ poterit: nos illis potius prodeſſe deſideramus: qui aliorū

labores nõ spernũt: ꝛ siquid ex illis vtilitatis capere possunt gratias habent: errata si que viderint humanitatis affectu excusant: ꝛ nõ ꝑpterea que recta sunt damnant: scientes ꝙ nõ oĩa ab omnibus ꝑstari possunt. Nos hec religiose vite studiosis prestare curauim⁹: ꝑ quibus sicuti detrahentium linguas nõ multifacimus: ita certe neqꝫ humanas laudes desideramus. Satis nobis est pro mediocritate nr̃a proximoꝝ salutẽ ꝛ dei ante omnia gloriam quesiuisse. Sed his prelectis iã que diximus sanctoꝝ viroꝝ opera religiose lector alacri vultu ꝛ leto suscipe animo: eaqꝫ studiose perlegere nõ te pigeat. Hec enim vere omnibus religiose vite studiosis nocturna sunt versanda manu versanda diurna: quod si feceris non te hui⁹ studij penitebit vberrimum enim breui labore fructum capies presentis scilicet vite iucũdã mentis tranquillitatẽ: ꝛ eterne incomparabilem beatitudinem: hanc etenim si recte attendas hec singula promittunt. Vale.

Incipit regula beati Benedicti abbatis: et Cenobitarum patris. Prologus.



Ausculta o fili precepta magistri: et inclina aurē cordis tui et admonitionem pij patris libenter excipe: et efficaciter comple: vt ad eum per obedientie laborem redeas: a quo per inobedientie desidiam recesseras. Ad te ergo nunc meꝰ sermo dirigitur: quisquis abrenuncians proprijs voluntatibus domino Christo vero regi militaturus obediētie fortissima atq; preclara arma assumis. In primis vt quicquid agendum inchoas boni ab eo perfici instantissima oratione deposcas: Ut qui nos iam in filioꝝ dignatus est numero computare non debeat aliquando de malis actibus nostris cōtristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est vt non solum vt iratus pater suos non aliquando filios exheredet: sed nec vt metuēdus dominus irritatus malis nostris vt nequissimos seruos perpetuam tradat ad penam qui eum noluerint seq ad gliaꝫ . Exurgamꝰ ergo tādem aliquādo. excitante nos scriptura ac dicēte. Hora est iā nos de somno surgere. Et aptis oculis nostris ad deificum lumen attonitis auribus audiamus diuina quotidie clamans quid nos āmoneat vox dicens. Hodie si vocē eiꝰ audieritis nolite obdurare corda uestra. Et iteꝝ. Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et quid dicit. Uenite filij audite me: timorem domini docebo vos. Currite dum lumē vite habetis ne tenebre mortis vos comprehendant. Et querens dñs in multitudine populi sui cui hec clamat operarium suum iteꝝ dicit Quis est homo qui vult vitā et cupit dies videre bonos. Quod si tu audiens respondeas: ego: dicit tibi deus. Si vis habere verā et perpetuā vitam prohibe linguā tuā a malo: et labia tua ne loquātur dolus: diuerte a malo et fac bonum: inquire pacem et sequere eā. Et cuꝫ hec feceritis oculi mei super vos: et aures mee ad p̄ces vestras. Et anteq̄ me inuocetis dicā ecce adsum. Quid dulcius nobis hac voce domini inuitantis nos fratres charissimi? Ecce pietate sua demōstrat nobis dominus viam vite. Succinctis ergo fide vel obseruātia bonoꝝ actuuꝫ lumbis nostris: et calciatis in p̄paratione euāgelij

pacis pedib⁹ nos pergamus itinera eius: vt mereamur cu3 qui nos vo
cauit in regno suo videre. In cuius regni tabernaculo si volumus
habitare nisi illuc bonis actibus currendo minime peruenit̃. Sed
interrogemus cum propheta dñm dicentes ei. Dñe quis habitabit
in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Post
hanc interrogationē3 fratres audiamus dñm respondentē ⁊ ostēden
tē nobis viam ipsius tabernaculi: ⁊ dicentē. Qui ingredit̃ sine ma-
cula ⁊ operatur iustitiā. Qui loquitur veritate3 in corde suo: qui nō
egit dolu3 in lingua sua: qui nō fecit pximo suo malu3. ⁊ obprobriu3
nō accepit aduersus pximū suū. Qui malignū diabolū aliqua sua-
dente3 sibi cū ipsa suasione sua a conspectibus cordis sui respuens
deduxit ad nihilū. ⁊ paruulos cogitatus ei⁹ tenuit ⁊ allisit ad xpm.
Qui timentes dñ3 de bona obseruantia sua nō se reddunt elatos s3
ipsa in se bona nō a se posse sed a dño fieri existimantes: operantem
in se dñm magnificant: illud cu3 propheta dicentes. Non nobis dñe
nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. Sicut nec paulus apostolus de
predicatiōe sua sibi aliquid imputauit dicēs. Gratia dei sum id qd
sum. Et iteꝝ ipse dicit: qui gloriat̃ in dño glorietur. Unde ⁊ dñs in
euangelio ait: qui audit verba mea hec ⁊ facit ea similabo cu3 viro
sapienti: qui edificauit domū supra petrā. Uenerunt flumina: flaue
runt venti ⁊ impegerunt in domū illam ⁊ non cecidit. quia fundata
erat supra petra3. Hec cōplens dñs expectat quotidie his suis san-
ctis monitis factis nos rñdere debere. Ideo nobis propter emēda-
tionē maloꝝ huius vite dies ad inducias relaxantur: dicente aplo.
An nescis quia patientia dei ad penitentiā te adducit? Nam pius
dominus dicit. Nolo mortem peccatoris sed vt cōuertatur ⁊ viuat.
Cum ergo interrogassemus dñm fratres de habitatore taberna-
culi eius audiuimus habitandi preceptu3. Sed si cōpleamus habi
tatoris officiū erimus heredes regni celoꝝ. Ergo pparāda sunt cor
da nostra ⁊ corpora sancte preceptoꝝ obedientie militatura. ⁊ quod
minus habet in nobis natura possibile rogemus dñm vt gratie sue
iubeat nobis adiutoriū ministrari. Et si fugientes gehenne penas
ad vitā volumus peruenire ppetua3: du3 adhuc vacat ⁊ in hoc cor
pore sumus: ⁊ hec omnia per hanc lucis vitam vacat implere: cur-
rendū ⁊ agendu3 est modo quod in perpetuū nobis expediat. Cōsti
tuenda est ergo a nobis dñici scola seruitij. in qua institutione nihil

aspex nihilqȝ graue nos cõstituturos speramus. Sed ⁊ siquid pau/lulū restrictius dictãte equitatis ratione propter emendationē vitiorum vel ꝯseruationeȝ caritatis processerit. nõ ilico pauore perterritus refugias viaȝ salutis: q̄ non est nisi angusto initio incipienda. Processu vero ꝯuersationis ⁊ fidei: dilatato corde: inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum dei. Ut ab ipsius nunq̄ magisterio discedentes in eius doctrina usqȝ ad morteȝ in monasterio perseuerantes passionibus Christi per patientiaȝ participemus vt regni eius mereamur esse consortes. Amen.

¶ De generibus vl' vita monachorum. Cap. j.

Monachorum quattuor genera esse manifestum est. Primum cenobitarum. hoc est monasteriale militãs sub regula vel abbate. Deinde secundũ genus est anachoritarum .i. eremitarum. Horum qui nõ ꝯuersionis feruore nouitio sed monasterij probatione diutur na didicerũt contra diabolũ multorum solatio iaȝ docti pugnare. ⁊ bñ instructi fraterna ex acie ad singularē pugnam eremi securi iã sine ꝯsolatiõe alterius: sola manu vel brachio ꝯtra vitia carnis: vel cogitationũ deo auxiliãte pugnare sufficiũt. Tertiũ vero monachorum teterrimũ genus ē sarabaitarum. q nulla regl'a approbati. experiẽtia magr'a sicut aurum fornacis: sȝ in plũbi natura molliti adhuc opibus seruãtes secl'o fidē mẽtiri deo p tõsurã noscunt. Qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore. nõ dñicis sed suis inclusi ouilibus pro lege eis est desideriorum voluptas. cuȝ qcqd putauerint vel elegerint hoc dicunt sanctũ. ⁊ qd noluerint. hec putãt nõ licere. Quartuȝ vero genus est monachorum: qd nominatur gyrouaguȝ: qui tota vita sua per diuersas prouincias: ternis aut quaternis diebus p diuersorum cellas hospitantur. Semper vagi ⁊ nunq̄ stabiles: ⁊ proprijs voluptatibus ⁊ gule illecebris seruientes: ⁊ p oĩa deteriores sarabaitis. De quorum omnium miserrima ꝯuersatione melius est silere q̄ loqui. His ergo omissis ad cenobitarum fortissimũ genus disponendũ adiuuãte dño veniamus.

¶ Qualis debet esse abbas. Cap. ij.

Abbas qui preesse dignus est monasterio semper meminisse debet quod dicitur: ⁊ nomen maioris: factis implere. Christi enim agere vices in monasterio creditur quando ipsius vocatur pro nomine. Dicente apl'o. accepistis spiritum adoptionis filiorum. in quo clamamus abba pater. Ideoqȝ abbas nihil extra pceptũ dñi: quod

absit debet docere aut cõstituere aut iubere. Sed iussio eius vel do
ctrina fermentũ diuine iustitie in discipulorum mẽtibus conspergatur.
Memor sit semper abbas quia doctrine sue vel discipulorum obedien
tie vtrarumqz rerum in tremendo iudicio dei facienda erit discussio.
Sciatqz abbas culpe pastoris incumbere quicquid in ouibus pa-
terfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber
erit si inquieto vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligẽtia
attributa. et morbidis earum actibus vniuersa fuerit cura exhibita: pa
stor earum in iudicio dñi absolutus. dicat cum propheta dño. Iustitiã
tuã nõ abscondi in corde meo veritatem tuam et salutare tuum dixi
ipsi aũt contemnentes spreuerunt me. Et tunc demũ inobedientibus
cure sue ouibus pena sit eis preualẽs ipsa mors. Cum ergo aliquis
suscipit nomen abbatis duplici debet doctrina suis p̃esse discipulis.
idest omnia bona et sancta factis amplius q̃ verbis ostendere. Ut
capacibus discipulis mandata domini verbis proponat. Duris vero
corde et simplicioribus factis diuina p̃cepta demõstret. Omnia vero
que discipulis docuerit esse contraria in suis factis indicet non agẽ-
da: ne alijs p̃dicans ipse reprobus inueniatur. Ne quando illi dicat
deus peccanti: quare tu enarras iustitias meas: et assumis testamẽ-
tum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinã et proiecisti sermo
nes meos post te. Et qui in fratris tui oculo festucã videbas in tuo
trabem non vidisti. Non ab eo persona in monasterio discernatur.
Non vnus plus ametur q̃ alius: nisi quem in bonis actibus: aut obedi
entia inuenerit meliorẽ. Non preponatur ingenuus ex seruitio conuer
tenti nisi aliqua rationabilis causa existat. Quod si ita iusticia dic-
tãte abbati visum fuerit de cuiuslibet ordine id faciat: sin alias pro-
pria teneant loca. Quia siue seruus siue liber oẽs in xp̃o vnũ sumus:
et sub vno dño equalẽ seruitutis militiam baiulamus. Quia non est
apud deum personarum acceptio solummodo in hac parte apud ipsum
discernimur: si meliores ab alijs in operibus bonis et humiles inue-
niamur. Ergo equalis sit omnibus ab eo caritas: vna p̃beatur omni-
bus secũdum merita disciplina. In doctrina namqz sua abbas apo
stolicã debet illam semp formam seruare in qua dicit: argue obsecra
increpa. i. miscens tẽporibus tẽpora terroribus blandimenta dirũ
magistri pium patris ostendat affectum. i. indisciplinatos et inquie-
tos debet durius arguere. Obedientes autem et mites et patientes

vt in melius proficiant obsecrare. Negligentes autẽ ⁊ contemnen-tes vt increpet ⁊ corripiat admonemus. Neq3 dissimulet peccata delinquẽtiũ: sed mox vt ceperint oriri radicitus ea vt preualet amputet memor periculi hely sacerdotis de sylo. Et honestiores quidẽ atq3 intelligibiles animos prima vel secunda admonitione verbis corripiat. Improbos autẽ ⁊ duros ac superbos vel inobedientes verberũ vel corporis castigatõe: in ipso initio peccati coherceat. Sciens scriptuz. stultus verbis nõ corrigitur. Et iterũ: percute filiũ tuũ virga: ⁊ liberabis animã eius a morte. Meminisse debet semp abbas quod ẽ: meminisse quod dicitur ⁊ scire quia cui plus cõmittitur plus ab eo exigitur. Sciatq3 ꝙ difficilẽ ⁊ arduaz rem suscepit regerẽ animas ⁊ multorũ seruire moribus. Et aliũ quidem blandimentis. Aliũ vero increpationibus. Aliũ suasionibus ⁊ secundũ vniuscu-iusq3 qualitatẽ vel intelligentiaz. ita se omnibus conformet ⁊ aptet vt nõ solũ detrimenta gregis sibi cõmissi non patiatur: verũ etiã in augumentatione boni gregis gaudeat. Ante omnia ne dissimulans aut paruipendens salutẽ animarũ sibi cõmissarũ plus gerat sollicitu-dinẽ de rebus transitorijs atq3 terrenis ⁊ caducis: sed semper cogi-tet quia animas suscepit regendas. de quibus ⁊ rationẽ redditurus est. Et ne causetur de minori forte substantia meminerit scriptum. Primum querite regnum dei ⁊ iustitiam eius ⁊ hec omnia adijcie-tur vobis. Et iterũ: nihil deest timentibus euz. Sciatq3 quia qui su-scipit animas regendas preparet se ad rationẽ reddendaz. Et quã-tũ sub cura sua fratruz se habere scierit numerũ agnoscat pro certo quia in die iudicij ipsarũ omnium animarũ est redditurus domino rationem sine dubio addita ⁊ sue anime. Et ita timens semper futu ram discussionem pastoris de creditis sibi ouibus. cuz de alienis ra ciocinijs cauet redditur de suis sollicitus. Et cuz de admonitionib⁹ suis emendationẽ alijs subministrat: ipse efficitur a vitijs emẽdat⁹.

De adhibendis ad ꝯsiliuz fratribus. Cap. iij.

Quotiens aliqua precipua agenda sunt in monasterio. con-uocet abbas omnem congregationẽ: ⁊ dicat ipse vnde agi tur. Et audiens consilium fratrum tractet apud se prudẽter ⁊ quod vtilius iudicauerit faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus: quia sepe iuniori dominus reuelat quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione vt

non presumant proca citer defendere quod eis visum fuerit. sed magis in abbatis pendeat arbitrio. et quod salubrius esse iudicauerit ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita et ipsum prouide et iuste condecet cuncta disponere. In omnibus igitur oes magistram sequantur regulam. neqꝫ ab ea temere declinet a quoq. Nullus in monasterio proprij sequatur cordis voluntatem. Necqꝫ presumat quisquam cum abbate suo proterue intus aut foris monasterium contendere. Quod si presumpserit regulari discipline subiaceat. Ipse tamen abbas cum timore dei et obseruatione regule omnia faciat. Sciens se proculdubio de omnibus iudicijs suis equissimo iudici deo rationem redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in monasterij vtilitatibus seniorum tantum vtatur consilio. Sicut scriptum est. Omnia fac cum consilio et post factum non penitebis.

¶ Que sunt instrumenta bonorum operum. Cap. iiij.

In primis dominum deum diligere ex toto corde: tota anima: tota virtute. Deinde proximum tanquam seipsum. Deinde non occidere: Non adulterare: Non facere furtum: Non concupiscere: Non falsum testimonium dicere. Honorare omnes homines. Et quod sibi fieri quis non vult alij ne faciat. Abnegare semetipsum sibi vt sequatur christum. Corpus castigare. Delitias non amplecti. Ieiunium amare. Pauperes recreare. Nudum vestire. Infirmum visitare. Mortuum sepelire. In tribulatione subuenire. Dolentem consolari. A seculi actibus se facere alienum. Nihil amori christi preponere. Iram non perficere. Iracundie tempus non reseruare. Dolum in corde non tenere. Pacem falsam non dare. Caritatem non derelinquere. Non iurare omnino ne forte periuret. Veritatem ex corde et ore proferre. Malum pro malo non reddere. Iniuriam non facere: sed et factam patienter sufferre. Inimicos diligere. Maledicentes se non remaledicere: sed magis benedicere. Persecutionem propter iniustitiam sustinere. Non esse superbum. Non vinolentum. Non multum edacem. Non somnolentum. Non pigrum. Non murmuriosum. Non detractorem. Spem suam deo committere. Bonum aliquod in se cum viderit deo applicet non sibi. Malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet. Diem iudicij timere. Gehennam expauescere. Vitam eternam omni concupiscentia spirituali desiderare. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. Actus vite sue omni hora custodire. In omni loco deum se respicere

pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes mox ad xp̄m allidere ⁊ seniori spirituali patefacere. Os suum a malo vel p̄uo eloquio custodire. Multum loqui non amare. Uerba vana aut risui apta non loqui. Risum multū aut excussum nō amare. Lectiones sanctas libenter audire. Orationi frequenter incumbere. Mala sua preterita cū lachrymis vel gemitu quotidie in oīne deo confiteri. De ipsis malis de cetero emendare. Desideria carnis non perficere. Uoluntatē propriā odire. Preceptis abbatis in omnibus obedire etiā si ipse: quod absit: aliter agat: memor illius dominici precepti: que dicunt facite. que autem faciunt facere nolite. Nō velle dici sanctū anteq̄ sit sed prius esse quo verius dicatur. Precepta dei factis quotidie adimplere. Castitatē amare. Nullū odire: zelum ⁊ inuidiam non habere. Contentionem nō amare. Elationē fugere. Seniores venerari. Juniores diligere. In xp̄i amore pro inimicis orare. Cū discordantibus ante solis occasum in pacē redire. Et de dei misericordia nunq̄ desperare. Ecce hec sunt instrumēta artis spiritualis. Que cū fuerint a nobis die noctuq̄ incessabiliter adimpleta: ⁊ in die iudicij reconsignata illa merces nobis a domino recompensabitur: quā ipse promisit. Quod oculus nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligunt eum. officina vero vbi hec omnia diligenter operemur claustra sunt monasterij ⁊ stabilitas in congregatione.

De obedientia. Cap. v.

Primus obedientie gradus est obedientia sine mora. Hec conuenit his qui nihil sibi xp̄o carius existimant propter seruitium sanctū quod professi sunt seu propter metum gehenne vel gloriam vite eterne. mox vt aliquid imperatū a maiore fuerit ac si diuinitus imperetur morā pati nesciūt in faciendo. De quibus dominus dicit. Ob auditu auris obediuit mihi. Et item dicit doctoribus. Qui vos audit me audit. Ergo hi tales relinquentes statim que sua sunt ⁊ voluntatem propriam deserentes. mox exocupatis manibus ⁊ qđ agebant imperfectum relinquentes vicino obedientie pede iubētis vocem factis sequuntur. Et veluti vno momento predicta magistri iussio ⁊ perfecta discipuli opera in velocitate timoris dei ambe res communiter citius explicantur quibus ad vitam eternā gradiēdi amor incumbit. Ideo angustam viam arripiunt vnde dn̄s dicit.

Angustia via est q̄ ducit ad vitā: vt nō suo arbitrio viuētes vel de-siderijs suis et voluptatibus obedientes. sed ambulantes alieno iu-dicio et imperio in cenobijs degentes abbatē sibi pręesse desiderant. Sine dubio hi tales illam domini imitantur sententiam qua dicit. Non veni facere voluntatē meam sed eius qui misit me. Sed hec ipsa obedientia tunc acceptabilis erit deo et dulcis hominibus si qd iubetur nō trepide: nō tarde: nō tepide: aut cū murmure vel cū re-sponso nolētis efficiatur. Quia obediētia q̄ maioribus pbetur deo exhi-betur. Ipse. n. dixit. Qui vos audit me audit. Et cū bono animo a discipulis preberi oportet q: hilarē datorē diligit deus. Nā cū ma-lo aīo si obediat discipul⁹. et nō solū ore verū etiā in corde si murmu-rauerit: et si impleat iussionē tā acceptū iā non erit deo q cor respi-cit murmurantis. Et pro tali facto nullā ꝯsequitur gratiā immo pe-nam murmurantium incurrit si nō cum satisfactione emendauerit.

Ⅽ De taciturnitate. Cap. vj.

Faciamus quod ait propheta. Dixi custodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Obmutui et humiliatus sū: et silui a bonis. Hic ondit propheta si a bonis eloqis interdū propter taciturnitatē dꝫ taceri quanto magis a malis v̄bis propter penā pctī dꝫ cessari. Ergo q̄uis de bonis et sctis et edifica-tionū eloquijs: pfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatē ra-ra loquendi ꝯcedatur licentia: q: scriptū est. In multiloquio nō effugi-es peccatū. Et alibi. Mors et vita in manibus lingue. Nā loqui et docere magistrū cōdecet: tacere et audire discipulo ꝯuenit. Et ideo siqua requirenda sunt a priore cū oī humilitate et subiectione reue-rentie requirantur: ne videat plus loq q̄ expedit. Scurrilitates vo vl v̄ba ociosa et risū mouentia eterna clausura ī oībus locis dāna-mus: et ad tale eloquiū discipulū aperire os nō permittimus.

Ⅽ De humilitate. Cap. vij.

Clamat nobis scriptura diuina fratres dicēs. Omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Cū hec ergo di-cit ondit nobis oēm exaltationē genus esse superbie. Quod se caue-re propheta indicat dicens. Domine nō est exaltatū cor meū: neqꝫ elati sunt oculi mei: neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui ani-mā meā. Sicut ablactatus super matrē suam: ita retribues in ani

mã meam. Unde fratres si summe humilitatis culmẽ volumus attingere: ꝛ ad exaltationez illam celestem ad quã per presentis vite humilitatẽ ascẽditur volumus velociter peruenire actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est que in somno iacob apparuit per quam ei descendentes ꝛ ascendentes angeli monstrabãtur. Nõ aliud sine dubio descensus ille ꝛ ascensus a nobis intelligitur: nisi exaltatiõe descẽdere: ꝛ humilitate ascẽdere. Scala võ ipa erecta nr̃a ẽ vita in seculo q̃ hũiliato corde a dño erigit̃ ad celũ. Latera.n. eiusdẽ scale dicimus nr̃um esse corpus ꝛ animã in qbus diuersos gradus humilitatis vel discipline vocatio diuina ascendendos inseruit.

¶ Primus itaqz gradus humilitatis est si timorez dei sibi ante oculos semper ponens obliuionem omnino fugiat. Et semp sit memor oĩum que precepit deus. Et qualiter ɔtemnentes deũ in gehennã pro peccatis incidũt ꝛ vitã eternã que timentibus deuz preparata est animo suo semp reuoluat. Et custodiens se omni hora a pctis ꝛ vicijs.i. cogitationũ lingue oculoꝝ manuuz pedum vel voluntatis proprie sed ꝛ desideria carnis amputare festinet. Estimet se homo de celis a deo semper respici omni hora ꝛ facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis videri ꝛ ab angelis omni hora deo nũciari. Demonstrat nobis hoc propheta. Cuz in cogitatiõibus nostris ita deũ semper presentem ostendit dicens. Scrutans corda ꝛ renes deus. Et iteꝝ. Dominus nouit cogitationes hominuz quoniã vane sunt. Et itez dicit. Intellexisti cogitationes meas a longe. Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Naz vt sollicitus sit circa cogitatiões suas peruersas dicat semper humilis frater in corde suo. Tunc ero immaculatus corã eo si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntatẽ vero propriã ita facere prohibemur cuz dicit scriptura nobis. ꝛ a voluntatibus tuis auertere. Et itez. rogamus deuz in oratione vt fiat illius volũtas in nob. Docemur ergo merito nr̃az nõ facere voluntatez cum cauemus illud quod dicit scriptura. Sunt vie que videntur hominibus recte quaꝝ finis vsqz ad profundum inferni demergit. Et cum cauemus illud quod de negligentibus dictum est. Corrupti sunt ꝛ abhominabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desiderijs vero carnis ita nobis deum credamus semper esse presentez: cum dicit propheta domino. Ante te est omne desideriũ meũ. Cauendum ergo est ideo malũ desideriũ: qꝛ mors secus introitum

delectationis posita ẽ. Unde scriptura ꝑcipit dicẽs. post ꝯcupiscẽti-as tuas non eas. Ergo si oculi dñi speculanẽ bonos ⁊ malos: ⁊ dñs de celo semper respicit sup filios hoiuꝫ: vt videat si est intelligẽs: aut reqrens deũ. Et si ab angelis deputatis nobis quotidie die noctuqꝫ dño factori nr̃o: opa nr̃a nũcianẽ. Cauendum est omni hora fratres sicut dicit in psalmo propheta: Ne nos declinãtes i malũ: ⁊ inutiles factos aliqua hora aspiciat deꝰ. Et parcẽdo nobis in hoc tpe: qꝛ piꝰ ẽ: ⁊ expectat nos ꝯuerti i meliꝰ ne dicat nob i futõ. hec fecisti ⁊ tacui.

¶ Secundus humilitatis gradus est: si propriã qs non amans voluntateꝫ desideria sua non delectetur implere. Sed vocẽ illã dñi imitet dicẽtis. Nõ veni facere volũtatẽ meã: sed eiꝰ q me misit. Itẽ dicit scriptura. Uoluntas habet penam: ⁊ necessitas parit coronaꝫ.

¶ Tertius humilitatis gradus est: vt quis pro dei amore oi obedientia se subdat maiori imitans dñm: de quo dicit aplˀs: factus obediens vsqꝫ ad mortẽ. ¶ Quartus humilitatis gradus est. si in ipa obedientia duris ⁊ contrarijs rebus vel etiã qbuslibet irrogatis iniurijs tacita ꝯsciẽtia patientiã amplectatur: ⁊ sustinens nõ lassescat vel discedat dicente scriptura: qui pseuerauerit vsqꝫ in finẽ: hic saluꝰ erit. Item ꝯfortetur cor tuuꝫ: ⁊ sustine dñm. Et ostendens fidelẽ pro dño vniuersa etiã ꝯtraria sustinere debere dicit ex persona sufferrẽtiũ: ꝓpter te morte afficimur tota die estimati sumus sicut oues occisionis. Et securi de spe retributionis diuine subsequnẽ gaudentes ⁊ dicentes: sꝫ in his oibus supamus ꝓpter euꝫ qui dilexit nos. Et itẽ alio loco scriptura. Probasti nos inqt deus igne nos examinasti sicut examinaẽ argentuꝫ. Induxisti nos in laqueũ posuisti tribulationes in dorso nr̃o. Et vt oñdat sub priore debere nos esse subsequitur dicens. Imposuisti hoies sup capita nr̃a. Sed ⁊ preceptũ dñi in aduersis: ⁊ in iniurijs p patientiaꝫ adimplentes. q pcussi in maxillã prebent ⁊ aliã: auferenti tunicã dimittunt ⁊ palliũ. Angariati mille passus vadunt ⁊ duo: ⁊ cũ paulo aplˀo falsos fratres sustinent: ⁊ psecutiones ⁊ maledicentes se benedicũt. ¶ Quintus humilitatis gradus ẽ si oẽs cogitatiões malas cordi suo aduenietes vel mala a se abscõse cõmissa p humilẽ ꝯfessionẽ abbati nõ celauerit suo hortaẽ nos de hac re scriptura dicẽs. Reuela dño viã tuã ⁊ spa in eo. ⁊ itẽ dicit. Cõfitemini dño qm̃ bonus qm̃ in seculꝫ misericordia eiꝰ. Et itẽ ꝓpheta. Delictũ meũ cognitũ tibi feci ⁊ iniustitias meas nõ opui. Dixi ꝓnũ

ciabo aduersum me iniustitias meas domino: τ tu remisisti impie-
tatem cordis mei. ¶ Sextus humilitatis gradus est. si omni vi-
litate vel extremitate contentus sit monachus τ ad omnia que si-
bi iniunguntur velut operarium malum se iudicet τ indignum. Di
cens cum propheta. Ad nihilum redactus sum τ nesciui vt iumen-
tum factus sum apud te τ ego semper tecum. ¶ Septimus humi-
litatis gradus est si omnibus se inferiorem τ viliorem nō solum sua
lingua pronunciet sed etiam intimo cordis credat affectu humiliās
se τ dicens cum propheta. Ego autem sum vermis τ non homo oppro-
brium hominum τ abiectio plebis. Exaltatus sum τ humiliat⁹ τ confusus.
Et itē bonū mihi qḋ humiliasti me: vt discā mādata tua. ¶ Octa-
uus humilitatis gradus est. si nihil agāt monach⁹ nisi qḋ cōis mo-
nasterij regula vł maiorum cohortanł exēpla. ¶ Nonus humilitatis
gradus est: si linguā ad loquendū prohibeat monach⁹: τ taciturnita
tē habēs vsq₃ ad interrogationē nō loquał. Monstrante scriptura:
q: in multiloquio nō effugiet pcc̄m τ q: vir linguosus nō diriget sup
terrā. ¶ Decimus humilitatis gradus est: si nō sit facilis ac prom
ptus in risu: Quia scriptū est. Stultus in risu exaltat vocem suam.
¶ Undecimus humilitatis grad⁹ est. si cū loqtur monach⁹ leniter
τ sine risu. Humiliter cū grauitate: vł pauca vba τ rōnabilia loquał.
τ non sit clamosus in voce sicut scriptū est. Sapiens vbis inotescit
paucis. ¶ Duodecimus humilitatis gradus est si non solum cor-
de monachus sed etiā ipso corpore humilitatē videntibus se sem-
per indicet idest in opere: in monasterio: in oratorio: in orto: in via:
in agro: vel vbicunq₃ sedēs ambulans vel stans inclinato sit sem-
per capite. Defixis in terram aspectibus reum se omni hora de pec
catis suis existimās: iā se tremendo iudicio dei presentari existimet.
Dicens sibi semp in corde illud qḋ publicanus ille euangelicus fi-
xis in terram oculis dixit. Domine non sum dignus ego peccator
leuare oculos meos ad celum. Et iterum cum propheta. Incurua-
tus sum: τ humiliatus sum vsq₃ quaq₃. Ergo his omnibus humi-
litatis gradibus ascensis monachus mox ad charitatem dei per-
ueniet illam que perfecta foras mittit timorem: per quam vniuer-
sa que prius non sine formidine obseruabat: absq₃ vllo labore vel
vt naturaliter ex consuetudine incipiet custodire. Non iam timore
gehenne: sed amore Christi τ consuetudine ipsa bona: τ delectatiōe

virtutum que dominus iam in operarium suum mundu3 a vitijs z peccatis spiritu sancto dignabitur demonstrare.

H ¶ De officijs diuinis in noctibus. Cap. viij.
yemis tpe.i.a kalendis nouembris vsq3 ad pasca iuxta cōsiderationē rōnis octaua hora noctis surgendum est:vt modice amplius ꝺ media nocte pausēt z iā digesti surgāt.qꝺ vo restat post vigilias a fratrib' q psalterij vl lectionū aliqd indigēt meditatiōi īseruiat. A pasca aūt vsq3 ad supdictas kalendas nouēbris: sic tēperet hora vigiliaꝝ agēda:vt puissimo iteruallo quo fres ad necessaria nature exeāt custodito mox matutini q icipiēte luce agēdi sūt subsequātur.

¶ Quot psalmi dicendi sunt in nocturnis horis. Cap. ix.
H yemis tpe pmisso in primis versu.Deus in adiutoriu3 meum intende:dñe ad adiuuandu3 me festina:in secundo ter dicendum est:dñe labia mea aperies:z os meū annunciabit laudē tuam. Cui subiungendus est tertius psalmus z gloria.Post hunc psalm' nonagesimus quartus:cu3 aña aut certe decātandus. Inde sequat ambrosianu3.Deinde sex psalmi cū antiphonis.Quibus dictis dicto versu:benedicat abbas.Et sedentibus oibus in scamnis legantur vicisim a fratribus in codice super analogium tres lectiones inter quas tria responsoria canantur:duo rñsoria sine gloria dicantur. Post tertiā vero lectione3 qui cantat dicat gloriā. Quā dū incipit cantor dicere mox oēs de sedilibus surgant ob honorē z reuerentiā sancte trinitatis.Codices aute3 legantur in vigilijs diuine auctoritatis tā veteris testamenti ꝙ noui.Sed z expositiōes eaꝝ que a nominatissimis z orthodoxis catholicisq3 pr̄ib' facte sunt.Post has vero tres lectiones cu3 responsorijs suis sequātur reliqui sex psalmi cū allelacanendi.Post hos lectio apl̄i sequatur ex corde recitanda z v̄sus z supplicatio letanie i.kyrieleison z sic finiātur vigilie nocturne.

¶ Qualiter estatis tempore nocturna laus agatur. Cap. x.
A Pasca aūt vsq3 ad kalendas nouembris omnis vt supra dictum est psalmodie quātitas teneatur: excepto ꝙ lectiones in codice propter breuitatē noctiu3 minime legātur:sed pro ipsis trib' lectionibus vna de veteri testamento memoriter dicatur quā breue rñsoriū subsequatur.z reliqua omnia vt supra dictu3 est impleant.i. vt nunꝙ minus a duodecim psalmoꝝ quātitate ad vigilias nocturnas dicātur exceptis tertio z nonagesimo quarto psalmo.

¶ Qualiter dominicis diebus vigilie agantur. Cap. xi.

Dominico die temperius surgatur ad vigilias in quibus vigilijs teneatur mensura.i.modulatis vt supra disposuimus sex psalmis et vsus residentibus cunctis disposite et per ordinem in subsellijs legantur in codice vt supra diximus quattuor lectiones cum responsorijs suis.vbi tantum in responsorio quarto dicatur a cantante. gloria.Quam dum incipit mox omnes cum reuerentia surgant.Post quas lectiones sequantur ex ordine alij sex psalmi cum antiphonis sicut anteriores et vsus.post quas iterum legantur alie quatuor lectiones cum responsorijs suis ordine quo supra.Post quas iterum dicantur tria cantica de prophetis que instituerit abbas:que cantica cum alleluia psallantur. Dicto etiam vsu et benedicente abbate legantur alie quattuor lectiones de nouo testamento ordine quo supra.Post quartum vero responsorium incipiat abbas hymnum.Te deum laudamus.Quo dicto legat abbas lectionem de euangelio cum honore et tremore stantibus omnibus . Qua perlecta respondeant omnes. Amen. Et subsequatur mox abbas hymnum.Te decet laus.Et data benedictione incipiant matutinos.Qui ordo vigiliarum omni tempore tam estatis quam hyemis equaliter in die dominico teneatur:nisi forte:quod absit:tardius surgatur:quia tunc aliquid de lectionibus breuiandum est:aut responsorijs : quod tamen omnino caueatur ne proueniat Quod si contigerit:digne inde satisfaciat in oratorio: per cuius euenerit neglectum.

¶ Quomodo matutinorum solemnitas agatur. Cap. xii.

In matutinis dominico die in primis dicatur sexagesimussextus psalmus sine antiphona indirectum.Post quem dicatur quinquagesimus psalmus cum alleluia.Post quem dicatur centesimus septimus decimus:et sexagesimus secundus:deinde benedictiones et laudes. lectio de apocalipsi una ex corde.et responsorium:et ambrosianum:et vsus:et canticum de euangelio letanie:et completum est.

¶ Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. xiii.

Diebus autem priuatis matutinorum solemnitatis ita agatur. Idest sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona indirectum subtrahendo modice sicut dominica:vt omnes occurrant ad quinquagesimum qui cum antiphona dicatur.Post quem alij duo psalmi dicantur secundum consuetudinem.i.secunda feria quintus et trigesimus quintus . Tertia feria quadragesimus secundus:et quinquagesimussextus.Quarta feria

sexagesimus tertius ꝛ sexagesimus quartus. Quinta feria octuagesimus septimus ꝛ octuagesimus nonus. Sexta feria septuagesim⁹ quintus ꝛ nonagesimus primus. Sabbato aūt centesimus quadragesimus secūdus: ꝛ cāticuʒ deuteronomij: qđ diuidatur in duas glorias. Nā ceteris diebus cāticuʒ vnū quodqʒ die suo ex propbetis sicut psallit ecclesia romana dicat. Post hec sequant laudes: deinde lectio vna aplī memoriter recitāda. Rñsoriū ambrosianū: versus: canticuʒ de euangelio letanie: ꝛ cōpletuʒ est. Plane agenda matutina vel vespertina nō transeat aliqñ nisi in vltimo p ordinē oīo dñica oībus audientibus dicat a priore propter scandaloꝝ spinas q̄ oriri solent: vt cōuenti p ipsius orōnis spōsioneʒ qua dicūt dimitte nobis debita nr̄a sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero agendis vltima pars eius orationis dicatur vt ab omnibus rñdeatur: sed libera nos a malo.

¶ In natalitijs sanctoꝝ qualiter vigilie agantur. Cap. xiiij.

In sanctoꝝ vero festiuitatibus vel omnibus solemnitatibus sicut diximus dominico die agēduʒ ita agatur. Excepto q̄ psalmi ant antiphone vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicātur. Modus autem supradictus teneatur.

¶ Alleluia quibus temporibus dicatur. Cap. xv.

A Sancto pasca vsqʒ ad pentecosten sine intermissione dicatur alleluia: tam in psalmis quam in responsorijs. A pentecoste autē vsqʒ ad caput quadragesime omnibus noctibus cuʒ sex posterioribus psalmis tantū ad nocturnos dicatur. Omni vero dominica extra quadragesimā cātica matutini prima: tertia: sexta: nona qʒ cuʒ alleluia dicantur. vespera vero cum antiphonis. Responsoria vero nunq̄ dicantur cum alleluia nisi a pasca vsqʒ ad pentecosten.

¶ Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. xvj.

Ut ait propheta septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur: si matutini p̄me: tertie: sexte: none: vesperi: completorijqʒ tempore nostre seruitutis officia persoluamus quia de his horis dixit propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs ideʒ ipse prophe ta ait. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitie sue idest matutinis: prima: tertia: sexta: nona: vespera: completorio: ꝛ

Nocte surgamus ad confitendum ei.

¶ Quot psalmi per easdem horas dicendi sunt. Cap. xvij.

Iam de nocturnis vel matutinis digessimus ordinē psalmodie nunc de sequentibus horis videamus. Prima hora dicatur in primis versus. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina et gloria patri. hymnus eiusdem hore et psalmi tres. Post expletionem vero trium psalmorum recitetur lectio vna: versus: et Kyrieleison. et misse sint. Tertia vero sexta et nona eodem ordine celebretur idest versus hymni earundem horarum. Terni psalmi lectio et versus Kyrieleison et misse sint. Si maior congregatio fuerit cum antiphonis: si vero minor in directo psallantur. Uespertina aūt sinaxis quattuor psalmis cum antiphonis terminetur. Post quos psalmos lectio recitāda est. Inde responsoriū ambrosianum. versus: canticum de euangelio: letania et oratio dñica: et fiāt misse. Completoriū aūt trium psalmorum dictione terminetur. Qui psalmi directanei sine antiphona dicēdi sunt. Post quos hymnus eiusdem hore: lectio vna: vsus Kyrieleison: et bñdictio et misse fiant.

¶ Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt. Cap. xviij.

In primis semper diurnis horis dicatur vsus. Deus in adiutorium meum intende. Dñe ad adiuuādum me festina. et gloria. Inde hymn⁹ vniuscuiusque hore. Deinde pma hora i dominica dicēda sunt q̄ttuor capitula psalmi centesimi octaui decimi. Reliqs vero horis. i. tertia: sexta: et nona: terna capitula supradicti psalmi cētesimi octauidecimi dicantur. Ad primam autem secunde ferie. dicantur tres psalmi. i. primus: secūdus: et sextus. et ita per singulos dies ad primam vsque ad dominicam dicantur per ordinem terni psalmi vsque ad nonum decimum psalmū. Ita sane vt nonus psalmus et septimus decimus diuidātur in binas glorias: et sic fiat vt ad vigilias dominica semper a vigesimo incipiatur. Ad tertiam vero sextam et nonā secūde ferie nouem capitula q̄ residua sunt de cētesimo octauo decimo psalmo: ipsa terna per easdem horas dicantur. Expenso ergo psalmo cētesimo octauo decio duob⁹ dieb⁹. i. dñico: et secūda feria. Tertia feria iā ad tertiā sextam vl nonā psallāt terni psalmi a cētesimo nono decimo vsque ad cētesimū vigesimū s. pmū. i. psalmi .xv. Quique psalmi semper vsque ad dñicā p easdē horas idē repetant. Hymnorum nihilominus lectionum vel vsuum dispositione vniformi

cunctis diebus seruata: et ita. s. vt semper dominica a centesimo octauodecimo incipiatur. Uespera autē quotidie quattuor psalmorū modulatione canat. Qui psalmi incipiantur a centesimo nono vsq3 ad centesimū quadragesimū septimū: exceptis his qui diuersis horis ex eis sequestrant. i. a centesimo decimoseptimo vsq3 ad centesimus. vigesimus septimus et centesimo trigesimotertio: et centesimo quadragesimo secundo. Reliqui oēs in vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi. ideo diuidēdi sunt qui in numero supradicto fortiores inueniuntur. idest centesimus trigesimus octauus et centesimus quadragesimus tertiꝰ centesimus quadragesimꝰ quartus. Centesimus vō sextus dicimus quia paruus est cum centesimo quinto decimo coniugat. Digesto ergo ordine psalmorū vespertinorū. reliqua: idest lectiones: rñsoria: hymni: vsus: vel cantica sicut supra taxauimus impleant. Ad cōpletorium vero quotidie idē psalmi repetantur. i. quartus nonagesimus et centesimus trigesimus tertius. Disposito ordine psalmodie diurne reliqui omnes psalmi qui super sunt equaliter diuidantur in septē noctium vigilias partiendo. s. qui inter eos prolixiores sunt psalmi. et duodecim per vnamquāq3 constituantur noctē. Hoc precipue cōmouentes vt si cui forte hec distributio psalmorū displicuerit ordinet si melius aliter iudicauerit dūmodo oīmodis id attendatur: vt omni ebdomada psalteriū ex integro numero centū quinquaginta psalmorū psallatur. Et dñico die sempꝰ a capite repetat ad vigilias q: nimis iners deuotionis sue seruitiū ondunt monachi qui minus psalterio cū canticis consuetudinarijs per septimane circulū psallūt: cum legamus sctōs pr̄es nr̄os vno die hoc strenue ipleſſe: qd nos tepidi vtinā septimana itegra psoluamꝰ.

D ¶ De disciplina psallendi. Cap. xix.

Ubiq3 credimus diuinā esse p̄sentiā: et oculos dñi in omni loco speculari bonos et malos. Maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credimus cum ad opus diuinū assistimus. Ideo semper memores simus qd ait propheta. Seruite domino in timore: et iterum: psallite sapienter. et in cōspectu angelorū psallam tibi. Ergo cōsideremus qualiter oporteat nos in conspectu diuinitatis et angelorū esse et sic stemus ad psallendum vt mens nostra concordet voci nostre.

S ¶ De reuerentia orationis. Cap. xx.

I cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere. nō

presumimus nisi cum humilitate et reuerentia quanto magis domino deo vniuersorum cum omni humilitate et puritatis deuotione supplicandum est: et non in multiloquio: sed in puritate cordis: et compunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse et pura oratio nisi forte ex affectu inspirationis diuine gratie protendatur. In conuentu tamen omnino breuietur oratio. Et facto signo a priore omnes pariter surgant.

S ¶ De decanis monasterij. Cap. xxi.
I maior fuerit congregatio eligantur de ipsis fratres boni testimonij et sancte conuersationis: et constituantur decani qui sollicitudinem gerant super decanias suas in omnibus secundum mandata dei et precepta abbatis sui. Qui decani tales eligantur in quibus securus abbas partiatur onera sua. Et non eligantur per ordinem: sed secundum vite meritum et sapientie doctrinam. Quod siquis ex eis aliqua forte inflatus superbia repertus fuerit reprehensibilis correptus semel: et iterum et tertio si emendare noluerit deijciatur: et alter in loco eius qui dignus est subrogetur. Et de preposito eadem constituimus.

S ¶ Quomodo dormiant monachi. Cap. xxij.
Inguli per singulos lectos dormiant. Lectisternia pro modo conuersationis secundum dispositionem abbatis sui accipiant. Si potest fieri omnes in vno loco dormiant: Si autem multitudo non sinit: deni aut viceni cum senioribus suis qui super eos solliciti sint pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat vsque mane. Vestiti dormiant et cincti cingulis aut funibus et cultellos ad latus non habeant dum dormiunt ne forte per somnium vulnerentur dormientes: et vt parati sint monachi semper: et facto signo absque mora surgentes festinent se inuicem preuenire ad opus dei: cum omni tamen grauitate et modestia adolescentiores fratres iuxta se non habeant lectos: sed permixti cum senioribus Surgentes vero ad opus dei inuicem se moderate cohortentur propter somnolentorum excusationes.

S ¶ De excomunicatione culparum. Cap. xxiij.
Iquis frater contumax: aut inobediens: aut superbus: aut murmurans vel in aliquo contrarius existens sancte regule: et preceptis seniorum suorum contemptor repertus fuerit hic secundum domini nostri preceptum admoneatur semel: et secundo secrete a senioribus suis. si non emendauerit obiurgetur publice coram omnibus: si vero neque sic correxerit si intelligit qualis pena sit excomunicationi subiaceat. Si autem improbus est vindicte corporali subdatur.

¶ Qualis debeat esse modus excómunicationis. Cap. xxiiij.

SEcundum modum culpe excōicationis vel disciplinæ dʒ extēdi mensura. Qui culparʒ modus in abbatis pendeat iudicio. Si quis tñ frater in leuioribus culpis inuenitur tm̄ a mēse participatione priuetur. Priuati aūt a mense consortio ista erit ratio vt in oratorio psalmū aut antiphonā nō imponat neqʒ lectionē recitet vsqʒ ad satisfactionē. Refectionē aūt cibi post fratrum refectionē solus accipiat mensura vel hora qua preuiderit abbas ei cōpetere: vt si verbi gratia fratres reficiunt sexta hora ille frater nona: si fratres nona: ille vespera. vsqʒ dum satisfactione congrua veniam consequatur.

¶ De grauioribus culpis. Cap. xxv.

IS autē frater qui grauioris culpe noxa tenetur suspendatur a mensa simul ʒ ab oratorio: nullus ei fratrum in vllo iungatur cōsortio neqʒ in colloquio. solus sit ad opus sibi iunctuʒ persistens in penitentie luctu. sciens illam terribilem apostoli sententiā dicentis. Traditum huiusmodi hoīeʒ sathane in interitū carnis: vt spūs saluus sit i die dnī. Cibi aūt refectionē sol⁹ pcipiat mēsura vl' hora qua p̄uiderit ei abbas cōpetere nec a quoqꝫ bñdicat̄ trāseūte nec cib⁹ q ei dat̄.

¶ De his q sine iussione abbatis iūgunt̄ excōicatis. Cap. xxvj.

SI quis frater presumpserit sine iussione abbatis fratri excōicato quolibet modo se iungere aut loqui cum eo vel mandatū ei dirigere. similē sortiatur excōicationis vindictam.

¶ Qualr debeat abbas sollicit⁹ esse circa excōicatos. Cap. xxvij.

OMni sollicitudine curā gerat abbas circa delinquentes fratres qꝛ non est opus sanis medicus sed male habētibus. Et ideo vti dʒ omni modo vt sapiens medicus immittere quasi occultos consolatores senipetas. i. seniores sapientes fratres: qui quasi secrete consolentur frēm fluctuātē: ʒ prouocent eū ad humilitatis satisfactionē. Et cōsolentur eum ne habundātiori tristitia absorbeatur. Sʒ sicut ait ideʒ apl'us cōfirmet̄ in eo caritas ʒ oretur pro eo ab'omnib⁹. Magnopere enim dʒ sollicitudinē gerere abbas: ʒ omni sagacitate ʒ industria curare ne aliquā de omnibus sibi creditis perdat. Nouerit enim se infirmarʒ curā suscepisse aīarʒ nō super sanas tyrānideʒ. Et metuat prophete cōminationē per quē dicit deus qd crassum videbatis assumebatis: ʒ quod debile erat p̄iciebatis. Et pastoris boni pium imitetur exēpluʒ q relictis nonaginta nouē ouibus in monti

bus abijt vnã ouẽ q̃ errauerat q̃rere. Cui⁹ infirmitati in tm̃ ꝯpassus ẽ: vt eã i sacris hũeris suis dignaret̃ iponer̃: ⁊ sic reportar̃ ad gregẽ.

De his qui sepius correpti non emendauerint. Cap. xxviij.

Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa. si etiã excõicatus nõ emẽdauerit. acrior ei accedat correptio. i. vt ṽbex vindicta in eũ ꝓcedat. Qd̃ si nec ita correxerit: aut forte: qd̃ ab sit: in supbiã elatus ẽt defendere voluerit opa sua: tũc abbas faciat qd̃ sapiẽs medic⁹. Si exibuit fomẽta: si vnguẽta adortationũ: si medicamĩa scripturaꝝ diuinaꝝ: si ad vltimũ vstionẽ excõicatõis vl' plagas virgaꝝ. Et si viderit: nihil suã ꝓualere idustriã: adhibeat ẽt qd̃ mai⁹ ẽ suã ⁊ oĩum fratꝝ ꝓ eo orõnẽ. vt dñs q oĩa põt opet̃ salutẽ circa infirmũ frẽm. Qd̃ si nec isto mõ sanat⁹ fuerit: tũc iaꝫ vtar̃ abbas ferro abscisiõis: vt ait apl's. Auferte malũ ex vob. Et iteꝝ. Infidelis si discedit discedat: ne vna ouis morbida oẽm gregem ꝯtaminet.

Si debeãt iteꝝ recipi fratres exeũtes ð monasterio. Cap. xxix.

Frater q proprio vitio egredit̃: aut proijcit̃ ð monasterio si reuerti voluerit spondeat prius oẽm emẽdationeꝫ vitij pro quo egressus est. ⁊ sic in vltimo gradu recipiatur: vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Qd̃ si denuo exierit vsqꝫ tertio ita recipiatur. Iã vero postea sciat omnem sibi reuersionis aditum denegari.

De pueris minori etate qualiter corripiantur. Cap. xxx.

Omnis etas vel intellectus proprias dꝫ habere mensuras. Ideoqꝫ quotiẽs pueri vel adolescẽtiores etate: aut q minus intelligere pñt q̃nãta pena sit excõicationis. hi tales dũ delinquũt: aut ieiunijs nimijs affligant̃: aut acris verberib⁹ coherceant̃: vt sanent̃.

Qualis debeat esse cellerarius monasterij. Cap. xxxj.

Cellerarius monasterij eligatur de ꝯgregatione sapiẽs: maturis moribus. sobrius: non multum edax: non elatus: nõ turbulentus: non iniuriosus: non tardus: non prodigus: sed timens deũ: qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus: sine iussione abbatis nihil faciat: que iubentur custodiat: fratres non contristet. Si quis autem frater ab eo aliqua forte irrationabiliter postulat non spernendo eum contristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti: deneget: animam suam custodiat: memor semper illius apostolici precepti: quia qui bene ministrauerit: gradum bonum sibi acquirit. Infirmorum: infantium: hospitum:

pauperumqꝫ cū omni sollicitudine curā gerat. Sciens sine dubio qꝛ pro his omnibus in die iudicij rationē redditurus est. Omnia vasa monasterij. cunctamqꝫ substantiā ac si altaris vasa sacrata ꝯspiciat. Nihil ducat negligendū: neqꝫ auaritie studeat: neqꝫ ꝓdigus sit aut extirpator substantie monasterij. Sed oīa mensurate faciat ⁊ secundū iussionē abbatis sui. Humilitatē ante omnia habeat ⁊ cui substantia non est que tribuatur: sermo rñsionis porrigatur bonus qꝛ scriptū est. sermo bonus sup datū optimū. Omnia q̄ ei iniūxerit abbas ipse habeat sub cura sua: a quibus eū prohibuerit nō presumat. Fratribus ꝯstitutā annonā sine aliquo typo vel mora offerat vt nō scandalizentur. Memor diuini eloquij qd mercatur q scādalizauerit vnū de pusillis. Si ꝯgregatio maior fuerit solatia ei detur a qbus adiutus ⁊ ipse equo animo impleat officiū sibi cōmissū. Horis competentibus dentur que danda sunt: ⁊ petantur que petenda sunt: vt nemo perturbetur neqꝫ contristetur in domo dei.

¶ De ferramentis monasterij. Cap. xxxij.

Substantie monasterij in ferramentis vel vestibus: seu qbuslibet rebus prouideat abbas fratres de quoꝝ vita vel moribꝫ securus sit: ⁊ eis singula vt vtile iudicauerit consignet custodienda atqꝫ recolligenda. Ex quibus abbas breue teneat vt dū sibi in ipsa assignata: fratres vicissim succedunt: sciat quid dat: aut quid recipit. Si qs aūt sordide aut negligenter res monasterij tractauerit: corripiatur. si nō emendauerit: discipline regulari subiaceat.

¶ Si quid debeant monachi propriū habere. Cap. xxxiij.

Precipue hoc vitiū radicitꝰ amputādū ē de monasterio nequis presumat aliquid dare: aut accipere sine iussione abbatis: neqꝫ aliquid habere propriū: nullā omnino rē neqꝫ codicē: neqꝫ tabulas: neqꝫ graphiū: sed nihil omnino: qppe qbꝰ nec corpora sua: nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia vero necessaria a patre monasterij sperare: neqꝫ quicq̄ liceat hēe quod abbas non dederit: aut pmiserit. Omniaqꝫ omnibus sint cōmunia: vt scriptum est: nec quisquā suum esse aliquid dicat vel presumat. Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari admoneatur semel: ⁊ iterꝫ: si non emendauerit correptioni subiaceat.

¶ Si oēs eq̄liter debeāt necessaria accipere. Cap. xxxiiij.

Sicut scriptum est diuidebatur singulis: prout cuiqꝫ opus erat.

vbi nō dicim⁹ vt psonap:qd absit:acceptio sit:sȝ infirmitatū ꝯsideratio. Ubi qui minus indiget:agat deo gratias:ꝛ non ꝯtristetur. Qui vero plus indiget humilietur ꝑ infirmitate ꝛ nō extollatur ꝑ misericordia:ꝛ ita omnia mēbꝛa erunt in pace. Ante oīa ne murmurationis malū ꝑ q̄licunqȝ cā ī aliquo q̄licunqȝ vbo:vl̄ significatiōe appareat. Qd̄ si depꝛehensus fuerit gs: districtioꝛi discipline subdatur.

¶ De septimanarijs coquine. Cap. xxxv.

Fratres sic sibi inuicē seruiant vt nullus excusetur a coquine officio nisi aut egritudine:aut in cā grauis vtilitatis qs occupat⁹ fuerit:qa ex inde maioꝛ merces acqritur. Imbecillibus aūt pꝛocurentur solatia:vt nō cuȝ tristitia hoc faciant: sȝ habeant oēs solatia fm modū ꝯgregationis:aut positionē loci. Si maioꝛ ꝯgregatio fuerit: cellerarius excusetur a coquina:vel si qui vt dixim⁹ maioꝛibus vtilitatibus occupantur. Ceteri vero sibi sub charitate inuicē seruiant. Egressurus de septimana:sabbato munditias faciat. Linteamina cuȝ qbus sibi fratres manus ac pedes tergūt lauet. Pedes vero taȝ ipse q egreditur quā ille qui intraturus est:omnibus lauēt. Uasa ministerij sui munda ꝛ sana cellerario reconsignet qui cellerarius item intranti consignet: vt sciat quid dat aut quid recipit. Septimanarij autē ante vnā hoꝛā refectionis accipiant sup statutam annonā singulos biberes ꝛ panē: vt hoꝛa refectionis sine murmuratione ꝛ graui laboꝛe seruiant fratribus suis. In diebus tñ solemnibus:vsqȝ ad missas sustineant. Intrantes autem ꝛ exeuntes hebdomadarij: in oꝛatoꝛio mox matutinis finitis dominica oīuȝ genibus pꝛouoluātur:postulantes pꝛo se oꝛari. Egrediens autem de septimana dicat hunc versum. Benedictus es dn̄e deus: q adiuuisti me:ꝛ ꝯsolatus es me. Quo dicto tertio accipiat bñdictionē egrediens. Subsequāt aūt ingrediēs ꝛ dicat. Deus in adiutoꝛium meum intende domine ad adiuuādum me festina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus.ꝛ accepta benedictione ingrediatur.

¶ De infirmis fratribus. Cap. xxxvj.

Infirmoꝛum cura ante omnia ꝛ sup omnia adhibenda est vt sicut reuera xp̄o ita eis seruiatur qꝛ ipse dixit. Infirmus fui ꝛ visitastis me. Et quod fecistis vni de his minimis meis mihi fecistis. Sȝ ꝛ ipsi infirmi considerent in honorem dei sibi seruiri ꝛ non superfluitate sua contristēt fratres suos seruientes sibi. Qui tamen patiēter

portādi sunt quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit abbati: ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata: et seruitor timens deū: et diligens ac sollicitus. Balnearum vsus infirmis quotiēs expedit offeratur. Sanis autem et maxime iuuenibus tardius ꝯcedatur. Sz et carnium esus infirmis omninoqꝫ debilibus pro reparatione ꝯcedatur. At vbi meliorati fuerint: a carnibꝰ more solito oēs abstineant. Curā aūt maximā habeat abbas ne a cellerarijs aut seruitoribꝰ negligātur infirmi: quia ad ipsum respicit ꝗcquid a discipulis delinquitur.

¶ De senibus vel infantibus. Cap. xxxvij.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his etatibus. senum videlicet et infantum: tamen et regule auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas: et nullatenꝰ eis districtio regule teneatur in alimentis: sed sit in eis pia cōsideratio: et preueniant horas canonicas.

¶ De hebdomadario lectore. Cap. xxxviij.

Mensis fratrum edentium lectio deesse non debet nec fortuito casu qui arripuerit codicem legere audeat ibi: sed lecturus totā hebdomada: dominica ingrediatur. Qui ingrediens post missas et cōmunionem: petat ab omnibus pro se orari: vt auertat ab eo deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus: ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies: et os meū annūtiabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione: ingrediatur ad legendum. Summumqꝫ fiat silentium ad mensam: vt nullꝰ mussitatio vł vox nisi solius legentis ibi audiatur. Que vero necessaria sunt comedentibus et bibentibus: sic sibi inuicem ministrēt fratres: vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit: sonitu cuiuscunqꝫ signi potius petatur: ꝙ voce. Nec presumat ibi aliquis de ipsa lectione: aut aliunde quicquam requirere ne detur occasio: nisi forte prior pro edificatione voluerit aliquid breuiter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum prius ꝙ incipiat legere: propter cōmunionem sanctam: et ne forte graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum coquine hebdomadarijs: et seruitoribꝰ reficiat. Fratres autem non per ordinem legant aut cantent: sed qui edificent audientes.

¶ De mensura ciborum. Cap. xxxix.

Sufficere credimus ad refectionem quotidianã tam sexte ꝙ none omnibus mensis cocta duo pulmentaria: propter diuersorũ infirmitates. Et forte qui ex vno non potuerit edere: ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant. Et si fuerint inde poma aut nascentia leguminũ: addatur et tertium. Panis libra vna pro pensa sufficiat in die siue vna sit refectio: siue prandij et cene. Quod si cenaturi sunt de eadẽ libra tertia pars a cellerario reseruetur: reddenda cenaturis. Quõ si labor forte factus fuerit maior: in arbitrio et potestate abbatis erit: si expediat aliqd augere. Remota pre omnibus crapula: vt nunquã surripiat monacho indigeries. Quia nihil sic contrarium est omni xp̃iano quõ crapula: sicut ait dominus noster. Uidete ne grauentur corda vestra in crapula: et ebrietate. Pueris vero minori etate non eadem seruetur quantitas: sed minor ꝙ maioribus: seruata in omnibus parcitate. Carniũ vero quadrupedũ omnino ab omnibus abstineatur comestio: pter omnino debiles et egrotos.

De mensura potus. Cap. xl.

Unusquisque pprium hẽt donũ ex deo alius sic: ali⁹ vo sic. Et ideo cum aliqua scrupulositate a nobis mensura victus aliorum constituitur: tamen infirmorum contuentes imbecillitatem credim⁹ eminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat deus tollerantiam abstinentie: propriam se habituros mercedem sciant. Quod si aut loci necessitas: vel labor aut ardor estatis ampli⁹ poposcerit: in arbitrio prioris consistat: considerans in omnibus ne subrepat satietas aut ebrietas: licet legamus vinum omnino monachorum non esse. Sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest: saltem vel hoc consentiamus: vt non vsque ad satietatem bibamus: sed parcius: quia vinum apostatare facit etiam sapientes. Ubi autẽ necessitas loci exposcit: vt nec suprascripta mẽsura inueniri possit: sed multo minus aut ex toto nihil benedicãt deũ qui ibi habitant et non murmurent. Hoc ante omnia admonentes: vt absque murmurationibus sint.

Quibus horis oporteat reficere fratres. Cap. xlj.

A Sancto pasca vsque ad pentecosten: ad sextam reficiant fratres: et sero cenent. A pentecoste autem tota estate: si labores agrorũ nõ habẽt monachi aut nimietas estatis nõ pturbat: quarta

⁊ sexta feria ieiunēt. vsq3 ad nonā. Reliquis vero diebus ad sextā3 prādeāt. Quc prādij sexta si opera in agris habuerint: aut estatis feruor nimius fuerit cōtinuāda erit: ⁊ in abbatis sit ꝓuidētia. Et sic omnia tēperet: atq3 disponat qualiter anime saluētur. Et qđ faciunt fratres absq3 vlla murmuratione faciāt. Ab Idib⁹ aūt septembris vsq3 ad caput quadragesime ad nonam semp reficiāt fratres. In quadragesima vero vsq3 ad pasca ad vesperum reficiant. Ipsa tñ vespera sic agatur vt lumine lucerne nō indigeāt reficiētes: sed luce adhuc dici omnia cōsumenf. Sꝫ ⁊ omni tpe siue cene siue refectiōis hora sic temperetur: vt cum luce fiant omnia.

Ut post completorium nemo loquatur. Cap. xlij.

Omni tēpore silētiū debēt studere monachi: maxime tñ nocturnis horis. Et ideo omni tēpore siue ieiunij siue prādij: si tēp⁹ fuerit prādij: mox vt surrexerint a cena: sedeāt omnes in vnum: ⁊ legat vnus collationes vel vitas patrū: aut certe aliud quod edificet audientes. Nō autem eptaticum aut regum: q2 infirmis intellectibus nō erit vtile illa hora hāc scripturā audif: alijs vero horis legāf. Si aūt ieiunij dies fuerit: dicta vespera paruo interuallo: mox accedant ad lectionem collationū vt diximus ⁊ lectis quattuor aut quinq3 folijs: vel quātum hora permittit: omnibus in vnū occurrentibus per hanc moram lectionis: siquis forte in assignato sibi ꝯmisso fuerit occupatus occurrat. Omnes ergo in vnū positi cōpleāt. Et exeūtes a cōpletorio nulla sit licētia denuo cuiq̄ꝫ loqui aliqd. Quod si inuentus fuerit quisq̄ꝫ preuaricari hāc taciturnitatis regulā: grauiori vindicte subiaceat. Excepto si necessitas hospitū superuenerit: aut forte abbas alicui aliquid iusserit. Quod tñ ⁊ ipsu3 cū summa grauitate ⁊ moderatione honestissime fiat.

De his qui ad op⁹ dei vel ad mēsam tarde occurrūt. Cap. xliij.

Ad horā diuini officij: mox vt auditū fuerit signū: relictis omnib⁹ quelibet fuerint in manibus: summa cū festinatione curratur. cū grauitate tñ: vt nō scurrilitas inueniat fomite3. Ergo nihil operi dei ꝑponaf. Nō siquis ad nocturnas vigilias post gloriā psalmi nonagesimi quarti. quē pp hoc oio ꝓtrahēdo ⁊ morose volumus dici occurrerit non stet in ordine suo i choro: sꝫ vltimus oiu3 stet: aut in loco quem talibus negligētibus seorsum cōstituerit abbas: vt videaf ab ipso vel ab omnibus: vsq3 dum completo opere dei publica

satisfactione peniteat. Ideo aūt eos in vltimo aut seorsum iudica/uim⁹ debere stare vt visi ab omnib⁹ vel ꝓ ipsa verecūdia sua emendētur. Nā si foris oratoriū remaneāt:erit forte talis q̄ se:aut recollocet:ꝛ dormiat:aut certe sedeat foris vel fabulis vacet: ꝛ datur occasio maligno. Sꝫ ingrediatur intro:vt nec totū perdat ꝛ de reliquo emendet. Diurnis aūt horis qui ad opus dei post versuꝫ ꝛ gloriaꝫ primi psalmi:qui post v̄suꝫ dicit̄ occurrerit lege qua supra diximus: in vltimo stet: nec presumat sociari choro psallentiuum vsqꝫ ad satisfactionē:nisi forte abbas licētiā dederit ꝑmissione sua: ita tn̄ vt satisfaciat reus ex hoc. Ad horaꝫ vero refectionis qui ante versuꝫ nō occurrerit vt simul oēs dicāt versum ꝛ orēt: ꝛ sub vno oēs accedant ad mēsaꝫ:qui ꝑ negligētiā suā:aut vitiū nō occurrerit vsqꝫ ad secundaꝫ vicē pro hoc corripiat̄. Si denuo nō emēdauerit nō ꝑmittat̄ ad mēse ꝯmunis participationeꝫ:sꝫ sequestratus a cōsortio omniuꝫ reficiat solus sublata ei portione sua vini vsqꝫ ad satisfactioneꝫ ꝛ emendationem. Similiter aūt patiat̄ qui ꝛ ad illū versuꝫ nō fuerit p̄sens qui post cibū dicit̄. Nec quisq̄ presumat ante statutā horaꝫ vel postea quicq̄ cibi vel pot⁹ percipere. Sꝫ ꝛ si ei offertur aliqd a priore ꝛ accipere renuerit:hora qua desideraverit. hoc qd̄ prius recusauit aut aliud omnino nō accipiat. vsqꝫ ad emēdationem cōgruam.

C De his qui excōmunicātur quomodo satisfaciāt. Cap. xliiij.

Qui ꝓ grauiorib⁹ culpis ab oratorio ꝛ a mēsa excōmunicat̄: hora qua opus dei in oratorio ꝑcelebrat̄ ante fores oratorij ꝓstratus iaceat. nihil dicēs:nisi tātuꝫ posito in terra capite ꝛ prostratus ꝓn⁹ oīuꝫ de oratorio exeūtiū pedib⁹ deuoluatur. Et hoc tādiu faciat vsqꝫ dū abbas iudicauerit satisfactū esse. Qui duꝫ iussus ab abbate venerit prouoluat se ipsi⁹ abbatis pedibus. deinde oīuꝫ vestigijs fratrū vt orent pro eo. Et tūc si iusserit abbas recipiatur in choro vel in ordine quo abbas decreuerit. ita sane vt psalmum aut lectioneꝫ. vel aliud quid nō presumat in oratorio imponere. nisi iterꝫ abbas iubeat. Et omnibus horis dū cōpletur opus dei proijciat se in terram in loco in quo stat:ꝛ sic satisfaciat:vsqꝫ dum ei iubeat iterꝫ abbas vt quiescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro leuibus culpis excōmunicātur tantum a mensa:in oratorio satisfaciant vsqꝫ ad iussionem abbatis. Et hoc semper faciant vsqꝫ dum benedicat ꝛ dicat sufficit

¶ De his qui falluntur in oratorio. Cap. xlv.

Si quis dũ pnũciat psalmũ rñsoriũ: aut antiphona: vl' lectiões fallitur: nisi p satisfactionem ibi coram omnibus humiliatus fuerit: maiori vindicte subiaceat: quippe qui noluit humilitate corrigere: qđ negligentia deliquit. Infantes vero pro tali culpa vapulẽt.

¶ De his qui in aliquibus leuibus delinquunt. Cap. xlvi.

Si quis dum in labore quouis in coquina: in cellerario: in ministerio: in pistrino: in orto: in arte aliqua dũ laborat: vel in quocunq3 loco aliquid deliquerit: aut fregerit quippiam: aut perdiderit: vel aliud qđ excesserit vbiubi: et non veniẽs cõtinuo ante abbatem vel cõgregationem ipse vltro satisfecerit et prodiderit delictum suum: dum per aliũ cognitũ fuerit maiori subiaceat emẽdationi. Si aũt vero peccati causa latẽs fuerit: tãtum abbati aut spiritualib' senioribus patefaciat: qui sciant curare sua et aliena vulnera non detegere ac publicare.

¶ De significãda hora operis dei. Cap. xlvii.

Nũcianda hora operis Dei die noctuq3 sit cura abbati: aut ipse nunciare aut tali sollicito fratri iniũgat hãc curã: vt oĩa horis cõpetẽtibus cõpleant. Psalmos aũt vel antiphonas: post abbatẽ ordine suo quibus iussum fuerit imponãt. Cantare aũt et legere non presumat nisi q potest ipsiũ officiũ implere: vt edificẽtur audientes. Qđ cũ humilitate et grauitate et tremore faciat: et cui iusserit abbas.

¶ De opere manuum quotidiano. Cap. xlviii.

Ociositas inimica est anime: et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum. certis iterũ horis in lectione diuina. Ideoq3 hac dispositione credim' vtraq3 tempora ordinari: idest vt a pascha vsq3 ad Kal. octobris mane exeũtes a prima vsq3 ad horam pene quartam laborẽt. quod necessarium fuerit: ab hora aũt quarta vsq3 ad horã quasi sextã lectioni vacent. Post sextã autem surgentes a mẽsa pausent in lectis suis cum omni silẽtio: aut forte qui voluerit sibi legere sic legat vt aliũ non inquietet. Agatur nona temporius mediante octaua hora: et iterum quod faciendum est operentur vsq3 ad vesperam. Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit: vt ad fruges colligendas per se occupentur. nõ contristentur: quia tunc vere monachi sunt si de labore manuum suarũ viuũt: sicut et patres nostri et apostoli. Omnia tamen mensurate fiãt.

propter pusillanimes. A Kal. autem octobris vsq ad caput quadragesime vsq ad horam secundam plenam lectioni vacent: hora secunda agatur tertia: et vsq ad nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. facto autem primo signo hore none disiungant se ab opere suo singuli: vt sint parati dum secundum signum pulsauerit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis. In quadragesime vero diebus a mane vsq ad tertiam plenam lectioni vacent: et vsq ad decimam plenam operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus quadragesime accipiant omnes singulos codices de bybliotecha. quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in capite quadragesime dandi sunt. Ante omnia sane deputentur vnus aut duo seniores qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni: et videant ne forte inueniatur frater accidiosus qui vacet ocio aut fabulis: et non sit intentus lectioni: et non solum sibi inutilis est: sed etiam alios extollit. Hic talis si: quod absit: repertus fuerit corripiatur semel et secundo: si non emendauerit correptioni regulari subiaceat: taliter vt ceteri metum habeant. Neq frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes: exceptis his qui varijs officijs deputati sunt. Siquis vero ita negligens et desidiosus fuerit: vt non velit aut non possit meditari aut legere: iniungatur ei opus quod faciat vt non vacet. Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur: vt nec ociosi sint nec violentia laboris opprimantur vt effugentur. Quorum imbecillitas ab abbate consideranda est.

De quadragesime obseruatione. Cap. xlix.

Licet omni tempore vita monachi quadragesime debeat obseruationem habere: tamen quia paucorum est ista virtus: ideo suademus istis diebus quadragesime omni puritate vitam suam custodire idest omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit si ab omnibus vitijs nos temperemus orationi cum fletibus lectioni et compunctioni cordis atq abstinentie operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensum seruitutis nostre: orationes peculiares ciborum et potus abstinentiam: et vnusquisq super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate: cum gaudio sancti spiritus offerat deo: idest subtrahat corpori suo de cibo: de potu: de

somno de loquacitate:de scurrilitate:z cu3 spiritualis desiderij gau dio sanctu3 pasca expectet. Hoc ipsu3 tamē quod vnusquisq3 offert. abbati suo suggerat:z cu3 eius fiat oratione z voluntate. Quia qđ si ne permissione patris spūalis fit:psumptioni deputabitur z vane glorie:nō mercedi. Ergo cū voluntate abbatis oīa agenda sunt.

¶ De fratrib⁹ q lōge ab oratorio laborāt aut in via sunt. Cap. l.

Fratres qui omnino longe sunt in labore:z non possunt occur rere hora competenti ad oratorium: z abbas hoc perpendit quia ita est:agant ibidē op⁹ dei vbi operantur:cū tremore diuino fle ctētes genua. Similr q i itinere directi sunt nō eos pťereāt hore ꝯsti tute s3 vt pñt agāt sibi:z seruitutis pensu3 non negligant reddere.

¶ De fratribus qui non satis longe proficiscuntur. Cap. li.

Fratres qui pro quouis responso proficiscuntur z ea die spe rant reuerti ad monasterium non presumant foris manduca re:etiam si a quouis rogentur nisi forte eis ab abbate suo pcipiať. Quod si aliter fecerint excomunicentur.

¶ De oratorio monasterij. Cap. lij.

Oratoriū hoc sit qđ dicitur nec ibi quicq̄ aliud geratur:aut condatur. Expleto opere dei:omnes cum summo silentio exeant z agatur reuerentia deo:vt frater qui forte sibi peculiariter vult orare nō impediatur alterius improbitate. Sed z si alter vult sibi forte se cretius orare:simpliciter intret z oret non in clamosa voce sed in la chrymis z intētione cordis. Ergo qui simile opus non facit: nō per mittatur expleto opere dei remorari in oratorio sicut dictum est: ne alius impedimentum patiatur.

¶ De hospitibus suscipiendis. Cap. liij.

Omnes superuenientes hospites tanquam Christus suscipi antur:quia ipse dicturus est. Hospes fui z suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur. maxime tamē domesticis fi dei z peregrinis. Ut ergo nuntiatus fuerit hospes: occurratur ei a priore vel a fratribus cu3 omni officio caritatis:z primitus orent pa riter z sic sibi socientur in pace quod pacis osculum non prius offe ratur nisi oratione premissa propter illusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus veniē tibus siue discedentibus hospitibus inclinato capite: vel prostrato omni corpore in terra Christus in eis adoretur qui z suscipitur.

Suscepti autē hospites ducantur ad orationē ꝛ postea sedeat cū eis prior: aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina vt edificetur: ꝛ post hec omnis ei exhibeatur humanitas. Jeiunium a priore frangatur propter hospites: nisi forte precipuus sit dies ieiunij q non possit violari. Fratres autē ↄsuetudines ieiuniorū prosequanť. Aquā in manibus abbas hospitibus det: pedes hospitib⁹ omnib⁹ tam abbas quā cuncta congregatio lauet quibus lotis hūc versū dicant. Suscepimus deus misericordiā tuam in medio templi tui. Pauperum ꝛ peregrinorum maxime susceptio omni cura sollicite exhibeatur qꝛ in ipsis Christus magis suscipitur. Nam diuitum terror ipse sibi exigit honorē. Coquina abbatis ꝛ hospitū per se sit. vt incertis horis superuenientes hospites: qui nunq̄ desunt monasterio non inquietent fratres: in quā coquinā ingrediantur duo fratres ad annum: qui ipsum officium bene impleant. Quibus vt indigēt solacia administrentur: vt absq̄ murmuratione seruiant. Et iterum qñ occupationē minorē habent exeant vbi eis imperatur in opera: ꝛ non solum in ipsis: sed ꝛ in omnibus officijs monasterij ista sit consideratio: vt quando indigent solatia accōmodētur eis. Et iterū quādo vacant obediant imperanti. Jtem ꝛ cellā hospitū habeat assignatam frater cuius animā timor dei possideat: vbi sint lecti strati sufficienter: ꝛ domus dei a sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autē cui nō precipitur nullatenus societur neq̄ colloquatur. Sed si obuiauerit aut viderit: salutatis humiliter vt dictū est ꝛ petita benedictione pertranseat: dicens sibi nō licere colloq cū hospite.

¶ Ut nō debeat monach⁹ litteras vl̄ eulogia suscipe. Cap. liiij.

Nullatenus liceat monacho nec a parētibus suis: nec a quoq̄ hominū: nec sibi inuicē litteras aut eulogia vel quelibet munuscula accipere aut dare: sine precepto abbatis sui. Quod si etiam a parentibus suis ei quicq̄ directū fuerit non presumat suscipere illud nisi prius indicatū fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: ꝛ non contristetur frater cui forte directum fuerat vt non detur occasio diabolo. Qui autē aliter presumpserit discipline regulari subiaceat.

¶ De vestimentis vel calciamentis fratrum. Cap. lv.

Uestimenta fratribus secundū locorū qualitatē vbi habitāt vel aerū temperiē dentur: qꝛ in frigidis regionibus ampli⁹

indigetur:in calidis vero minus:hec ergo ꝯſideratio penes abbatē eſt. Nos tñ mediocribus locis ſufficere credimus monachis per ſingulos cucullas ⁊ tunicā. Cucullā in hyeme villoſā: in eſtate puram aut vetuſtā ⁊ ſcapulare propter opa. Indumenta pedū pedules ⁊ caligas. De quaꝝ reꝝ omniū colore aut groſſitudine nō cauſentur monachi:ſed quales inueniri poſſunt in prouincia in qua habitant: aut quod vilius comparari poteſt. Abbas autē de menſura prouideat:vt non ſint curta ipſa veſtimēta vtentibus eis: ſed menſurata. Accipientes noua:vetera ſemper reddant in preſenti reponenda in veſtiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas ⁊ duas cucullas habere propter noctes ⁊ propter lauare ipſas res. Jam qđ ſupra fuerit ſuperfluum eſt ⁊ amputari debet. Et pedules ⁊ quodcunqꝫ eſt vetuſtum reddant dum accipiunt nouū. Femoralia hi qui in via diriguntur de veſtiario accipiant qui reuertētes: lota ibi reſtituant. Cuculle ⁊ tunice ſint aliquanto his quas habere ſoliti ſunt modice meliores quas exeuntes in viam accipiant de veſtiario:⁊ reuertentes reſtituant. Stramēta autē lectoꝝ ſufficiāt mattā:ſagum:lena:⁊ capitale. Que tñ lecta frequenter ab abbate ſcrutāda ſunt propter opus peculiare ne inueniatur:⁊ ſi cui inuentum fuerit quod ab abbate nō acceperit grauiſſime diſcipline ſubiaceat. Et vt hoc vitiū peculiaritatis radicitꝰ amputetur. dētur ab abbate oia que ſunt neceſſaria.i.cuculla:tunica:pedules:calige:bracile:cultellꝰ: graphiū:acus:mappula:tabule:vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio:a quo tñ abbate ſemp ꝯſideretur illa ſententia actuū apłoꝝ. Quia dabatur ſingulis pro vt cuiqꝫ opus erat. Jta ergo ⁊ abbas conſideret infirmitates indigentiū: non malā voluntatē inuidentiū. Jn omnibus tamen iudicijs ſuis dei retributionem cogitet.

¶ De menſa abbatis. Cap. lvj.

Menſa abbatis cū hoſpitibus ⁊ peregrinis ſit ſemper. Quotiens tñ minus ſunt hoſpites:quos vult de fratribus vocare in ipſiꝰ ſit poteſtate. Seniorem tamen vnum aut duos ſemper cum fratribus dimittendum procuret propter diſciplinam.

¶ De artificibus monaſterij. Cap. lvij.

Artifices ſi ſunt in monaſterio cum omni humilitate faciant ipſas artes:ſi tamē iuſſerit abbas. Quod ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſue:eo quod videatur aliquid conferre mo

nasterio:hic talis euellatur ab ipsa arte & denuo per eā non trāseat: nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificum venundandum est videant ipsi p quorum manus transigenda sunt. ne aliquā fraudē p̄sumāt inferre. Memorentur semp anamie & saphire: ne forte mortē quā illi in corpore ptulerunt: hanc isti vel oēs q aliquā fraudē de rebus monasterij fecerint in anima patiantur. In ipsis autē precijs: non surripiat auaritie malum: s3 semp aliquātulū vili⁹ detur q̄ ab alijs secularibus datur vt in oib⁹ glorificetur deus.

¶ De disciplina suscipiendorum fratrum. Cap. lviij.

faceret:sese illi alter viator adiunxit: qui sumendos in itinere porta bat cibos. Cumqz iam hora tardior excreuisset dixit. Ueni frater sumamus cibum:ne lassemur in via. Cui ille respondit. Absit frater non facio.quia ad venerabilem patrem benedictum ieiunus semp venire consueui. Quo responso percepto:ad horam conuiator cont cuit. Sed post hec cum aliquantulum itineris spacium egissent. rur sus admonuit vt manducarent. Consentire noluit. qui ieiunus per uenire decreuerat. Tacuit qui ad manducandum inuitauerat. et cū eo ieiunus adhuc pergere modicum consensit. Cūqz et iter longius agerent:et eos tardior hora fatigaret ambulantes inuenerunt in iti nere pratuz et fontez:et queqz poterant ad reficiendum corpus dele ctabilia videri. Tunc conuiator ait. Ecce aqua:ecce pratū:ecce ame nus locus in quo possumus refici et pax quiescere vt valeamus iter nostrum postmodū incolumes explere. Cum igitur et verba aurib⁹: et loca oculis blandirentur hac tertia admonitione persuasus.cōsen sit.et comedit. Uespertina vero hora peruenit ad cellā. Presentat⁹ autem venerabili patri Benedicto sibi oratione petijt. Sed mox ei vir dei hoc quod in via egerat improperauit dicens. Quid est fra ter? Malignus hostis:qui tibi per conuiatorem tuum locutus est: semel tibi persuadere non potuit: secundo non potuit: ad tertiū per suasit:et te ad hoc quod voluit superauit. Tunc ille reatū sue infirme mentis agnoscens eius pedibus prouolutus: tantomagis cepit cul pam deflere et erubescere:quanto se cognouit etiam absentem in be nedicti patris oculis deliquisse. Petrus.

Ego sancti viri precordijs. Helysei spiritum video inesse qui absenti discipulo presens fuit. Gregorius.

Oportet Petre vt interim sileas: quatenus adhuc maiora cognoscas. Gotthorum namqz temporibus cum rex eoz to tila sanctum virum prophetie habere spiritum audisset:ad eius mo nasterium pergens:paulo longius substitit:eiqz se venturū esse nun ciauit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset vt veni ret ipse sicut perfide mentis fuit.an vir domini prophetie spirtū ha beret explorare conatus est. Quidam vero eius spatarius. rigo di cebatur cui calciamenta sua prebuit eumqz indui regalibus vesti bus fecit:quem quasi in persona sua pergere ad dei hominem pre cepit. In cuius obsequio tres qui sibi preceteris adherere consueue

rant comites misit. Scilicet. Uult Rudericb z Blidin vt ante ser/ui dei oculos. ipsum esse regē totilam simulantes eius lateri obam/bularent. Cui quoq3 alia obsequia atq3 spatarios ꝓbuit. vt tā ex eis/dē obsequijs ꝙ ex purpureis vestibus rex esse putaref. Cumq3 idē riggo decoratus vestibus obsequentiu3 frequentia comitatus: mo/nasterium fuisset ingressus: vir dei eminus sedebat. Quē venientē3 conspiciens cū iam ab eo audiri potuisset: clamauit dicens. Pone fili: pone hoc quod portas. non est tuum. Qui riggo protinus in ter ram cecidit z quia tanto viro illudere presumpsisset expauit. Oēsq3 qui cum eo ad dei hominem veniebant terre consternati sunt. Sur/gentes autem ad eum propinquare minime presumpserunt sed ad suum regem reuersi: nunciauerunt trepidi in quanta velocitate. fue/rant deprehensi.

TUnc per se idem totila ad dei hominē accessit. quem cū longe sedentē cerneret nō ē ausus accedere. s3 se in terra3 dedit: Cui cum vir dei: bis terq3 diceret. surge sed ipse ante eum erigi de terra non auderet: benedictus Jesu xpi domini famulus per semetipsum accedere dignatus est ad regem prostratu3. Quē3 de terra leuauit: z de suis actib' increpauit: atq3 in paucis sermonib' cuncta q̄ erant illi ventura prenuntiauit dicēs. Multa mala facis: multa mala feci sti. iam aliquando ab iniquitate cōpescere. Et quidem romā ingref surus es. mare transiturus: nouem annis regnabis decimo morie/ris. Quibus auditis rex vehemēter territ'. oratione petita recessit. atq3 ex illo iam tempore minus crudelis fuit. Cum non post multū3 romā adijt ad siciliā perrexit. anno aūt regni sui decimo omnipoten tis dei iudicio regnum cum vita perdidit.

PReterea antistes canusine ecclesie ad eundē dñi famulū ve/nire consueuerat: quē vir dei pro vite sue merito valde dilige bat. Js itaq3 dū cū illo de ingressu regis totile z romane vrbis pdi/tione colloquium haberet dixit. Per hūc rege3 ciuitas ista destrue tur: vt iam amplius non inhabitetur. Cui vir domini respondit. Ro ma a gentibus non exterminabitur: sed tēpestatibus corruscis turbi nibus ac terremotu fatigata marcescet in semetipsa. Cuius prophe tie mysteria nobis iam facta sunt luce clariora: qui in hac vrbe dis/soluta menia: euersas dom': destructas ecclesias turbine cernim'. eiusq3 edificia longo senio lassata. quia ruinis crebrescentibus pro/

sternātur videmus. Quāuis hoc honoratus eius discipulus cuius mihi relatione compertū est: nequaꝗ̄ ex ore illius audisse perhibet: sed qꝛ hoc dixerit: dictum sibi a fratribus fuisse testatur.

Eodem quoqꝫ tempore quidam aquinensis ecclesie clericus a demonio vexabatur: qui a venerabili viro cōstantio eiusdē ecclesie antistite: p multa fuerat martyrꝫ loca transmissus vt sanari potuisset. Sed sancti dei martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere: vt quanta esset in benedicto gratia demonstraretur. Ductus itaqꝫ est ad omnipotentis dei famulum benedictum. Qui Jesu xp̄o domino preces fundens. antiquum hostem de obsesso homine ꝓtin⁹ expulit: cui sanato precepit dicens. Vade ⁊ post hec carnem non comedas. ad sacrum vero ordinem nunꝗ̄ accedere presumas. Quacunqꝫ enim die sacrum ordinem temerare presumpseris statiꝫ iuri dyaboli iterꝫ mancipiaberis. Discessit igitur clericus sanus: ⁊ sicut terrere solet animū pena recens: ea que vir domini peceperat interiꝫ custodiuit. Cum vero post annos multos omnes priores illi⁹ ď hac luce migrassent: ⁊ minores suos sibimet superponi ī sacris ordinib⁹ cerneret: verba viri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit: atqꝫ ad sacrū ordinē accessit. Quē mox is qui reliquerat dyabolus tenuit: eūqꝫ vexarꝫ quousqꝫ aīaꝫ ei⁹ excuteret ñ cessauit. Petr⁹.

Iste vir dei: diuinitatis vt video etiam secreta penetrauit: qui ꝓspexit hūc clericū idcirco dyabolo traditum: ne ad sacrum ordinem accedere auderet. Gregorius.

Quare diuinitatis secreta nō nosset qui diuinitatis precepta seruaret. cū scriptū sit. q adheret dn̄o vnus spirit⁹ est. Petr⁹.

Si vnus fit cū dn̄o spiritus qui dn̄o adheret: quid est qđ iteruꝫ egregius idem predicator dicit. quis nouit sensuꝫ domini: aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim esse inconueniens videretꝫ eius sensum cuꝫ quo vnus factus fuerit ignorare. Gregorius.

Sancti viri in quātum vnum cum domino sunt: sensum domini non ignorant. Nam isdem quoqꝫ apostolus dicit. Quis eniꝫ scit hominum: que sunt hominis: nisi spirit⁹ hominis qui in ipso est? Jta ⁊ que dei sunt: nemo cognouit nisi spiritus dei. Qui vt se ostenderet nosse que dei sunt adiunxit. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus. sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit. Quod oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascen

dit:que preparauit deus diligentibus se. nobis autem reuelauit per spiritum suum. ¶ Petrus.
Si ergo eidem apostolo ea:que dei sunt per dei spiritum fuerāt reuelata:quo modo super hoc quod proposui premisit dicens. O altitudo diuitiarum sapientie z scientie dei ꝙ incomprehensibilia sunt iudicia eius z inuestigabiles vie eius. Sed rursum mihi hec dicēti: alia suboritur questio. Nam Dauid propheta domino loquitur dicēs. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cū min⁹ sit nosse ꝙ etiam pronunciare:quid est ꝙ paulus incomprehēsibilia esse dei iudicia asserit: Dauid autem hec se omnia non solum nosse sed etiam in labijs pronuntiasse testatur? ¶ Gregorius.
Ad vtraqȝ hec tibi superius sub breuitate respondi dicens: ꝙ sancti viri inquantum cum deo vnum sunt: sensum domini nō ignorant. Omnes enim qui deuote dominum sequuntur: z iam deuotione cum deo sunt: z adhuc carnis corruptibilis pondere grauati: cum deo non sunt. Occulta itaqȝ dei iudicia in quantum coniuncti sunt sciunt: in quantum disiuncti sunt nesciunt. Quia enim secreta eius adhuc pfecte non penetrant: incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Quia vero ei mente inherent: atqȝ inherendo vel sacre scripture eloquijs vel occultis reuelationibus in quantum accipiunt agnoscunt. hec z nouerunt z pronunciant. Iudicia igitur que deus tacet nesciunt:que deus loquitur sciunt. Unde z Dauid propheta cum dixisset. In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia:ꝓtin⁹ addidit oris tui. Ac si aperte dicat. Illa ego iudicia z nosse z ꝓnuntiasse potui:que te dixisse cognoui. Nam ea que ipse non loqueris: nostris procul dubio cogitationib⁹ abscondis. Concordat ergo prophetica apostolicaqȝ sententia: quia z incomprehensibilia sunt dei iudicia:z tamen que de ore eius prolata fuerint humanis labijs pronunciantur. Quoniā sciri ab hominibus z prolata per deū possunt: z occulta non possunt. ¶ Petrus.
In obiectione mee questiuncule: patuit causa rationis. Sed q̄so te siqua sunt adhuc ð hui⁹ viri virtutib⁹ subiuŋge. Gregori⁹.
Uir qdā nobilis theoprob⁹ nomine eiusdē benedicti patris fuerat admonitiōe cōuūsus:q ꝓ vite sue merito magnā apud eū familiaritatis gratiaȝ habebat. Hic cū quada die eius cellulam fuisset ingressus:hūc amarissime flentem repperit. Cūqȝ diu subsi-

steret eiusq; lachrymas nõ finiri videret: nec tamen vt vir dei consueuerat orãdo plãgeret sed merẽdo: quenam causa tãti luctus existeret inquisiuit. Cui vir dei ilico respõdit. Omne hoc monasterium qd cõstruxi: et cuncta que fratribus preparaui: omnipotẽtis dei iudicis gẽtibus tradita sunt. Vix aũt obtinere potui: vt mihi ex hoc loco anime cõcederẽtur. Cuius vocẽ theoprobus audiuit: nos aũt cernimus q destructum modo a lõgobardorum gẽnte eius monasteriũ scimus. Nocturno.n.tẽpore et quiescẽtib fratrib nuper illuc lõgobardi ingressi sunt. Qui diripiẽtes omnia ne vnum quidem hominem illic tenere potuerũt: sed impleuit omnipotẽs deus q fideli famulo suo benedicto premiserat. vt si res gẽtibus traderet animas custodiret. Qua in re pauli vicem video tenuisse benedictum: cuius dum nauis rerum omnium iacturam pertulit: ipse in consolatione vitam omniũ qui eum comitabãtur accipit.

Quodam quoq; tempore exhilaratus noster quem ipse conuersum nosti: transmissus a domino suo fuerat. vt dei viro in monasterium vino plena duo lignea vascula que vulgo flascones dicuntur deferret. Qui vnum detulit: alterum vero pergens in itinere abscõdit. Vir aũt domini: quem facta absentia latere nõ poterant. vnum cũ gratiarum actione suscepit: et discedẽtẽ puerũ monuit dicens. Vide fili de illo flascone quem abscõdisti iam non bibas: sed inclina illum caute: et inuenies qd intus habet. Qui cõfusus valde a dei homine exiuit: et reuersus volens adhuc probare qd audierat cum flasconem inclinasset de eo protinus serpens egressus est. Tũc predictus exhilarat puer p hoc qd i vino repperit expauit malũ qd fecit.

Non longe aũt a monasterio vic erat in quo nõ minima multitudo hominum ad fidem dei ab idolorum cultu benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoq; quedam sanctimoniales femine erãt: et crebro illuc pro exhortãdis animab fratres suos mittere benedictus dei famulus curabat. Quadam vero die misit ex more: sed is qui missus fuerat monachus post admonitionẽ factam a sanctimonialibus femininis rogat mappulas accepit: sibiq; eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuersus est: eum vir dei vehementissima amaritudine cepit increpare dicens. Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit: et quid egisset oblitus. vnde corripiebat ignorabat. Cui ait. Nũquid ego illic presens non

eram:quando ab ancillis dei mappulas accepisti tibiq3 eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigijs prouolutus stulte se egisse penituit: et eas quas in sinu absconderat mappulas proiecit.

Quadam quoq3 die dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet:eius monachus cuiusdam defensoris filius fuerat.qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumq3 vir dei ederet.ipse aut cu3 lucerne ministerio astaret:cepit per superbie spiritum in mente sua tacite voluere:et per cogitationem dicere. Quis est hic cui ego manducanti assisto.lucerna3 teneo.seruitiu impendo? Quis sum ego vt isti seruiam?ad que3 vir dei statim conuersus vehementer eum cepit increpare dicens. Signa cor tuum frater: quid est quod loqueris?Signa cor tuum. Uocatisq3 statim fratribus precepit ei lucernam de manibus tolli:ipsum vero iussit a ministerio recedere:et sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus a fratribus quid habuerit in corde:per ordinem narrauit.quanto superbie spiritu intumuerat: et que contra virum dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit quod venerabile benedictu latere nihil posset.i cuius aure et cogitationis vba sonuissent.

Alio quoq3 tempore in eadem campanie regione fames incubuerat magna:que omnes alimentorum indigentia coangustabat. Jamq3 in benedicti monasterio triticu3 deerat. Panes vero omnes pene consumpti fuerant.vt non plus quam quinq3 ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cumq3 eos venerabilis pater contristatos cerneret:eorum pusillanimitate studuit modesta increpatione corrigere:et rursus promissione subleuare dicens. Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quide3 minus est:sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti aut die ducenti farine modij ante fores celle in saccis inuenti sunt. Quos omnipotens deus quibus deferentibus:transmisisset:nunc vsq3 manet incognitum. Quod cu3 fratres cernerent dno gratias referentes: didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare. ¶ Petrus.

Dic queso te nunquid na3 credendu est huic dei famulo semper prophetie spiritum adesse potuisse:an per interualla temporum eius mentem prophetie spiritus implebat. ¶ Gregorius.

Prophetie spiritus petre prophetarum mentes non semper irradiat. quia sicut de spiritu sancto scriptum est:vbi vult spirat:ita sciendum

est:quia z quādo vult aspirat. Hinc est enim ꝙ nathā a rege requisitus:si construere templum debuisset:prius consensit: z postmodum prohibuit. Hinc est ꝙ helyseus cum flentē mulierem cerneret: causamq; nesciret:ad prohibentē hanc pueꝝ dicit. Dimitte eam q2 anima eius in amaritudine est. z dñs celauit a me: z non indicauit mihi. Quod omnipotens deus ex magne pietatis dispensatione dispo nit:q2 dum prophetie spm̄ aliqñ dat z aliqñ subtrahit:prophetantiū mentes:z eleuat in celsitudinē:z custodit in humilitate:vt z accipientes spm̄ inueniant quid de deo sint:z rursus prophetie spm̄ non habentes. cognoscant quid sint de semetipsis. ¶ Petrus.

Ita hoc esse vt asseris:magna rō clamat. Sz queso de venerabili p̄re bñdicto qcqd adhuc aio occurrit exequere. ¶ Greg.

Alio quoq; tempore a quondam fideli viro rogatus fuerat:vt in eius predio iuxta terracinensem vrbem missis discipulis suis construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens. deputatis fratribus:patrem constituit z quis ei secundus esset ordinauit. Quibus euntibus spopondit dicens. Ite z die illo ego venio: z ostendam vobis in quo loco oratorium:in quo refectorium fratꝝ: in quo susceptionem hospitū:vel queq; sunt necessaria edificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt. Et ꝯstitutum diem magnopere prestolantes:parauerunt omnia que his qui cum tanto patre venire potuissent videbantur esse necessaria. Nocte vo eadem qua promissus illucescebat dies: eidem seruo dei quem illic patrem constituerat:atq; eius p̄posito:vir domini in somnis apparuit:z loca singula vbi quid edificare debuissent subtiliter designauit. Cumq; vtriq; a somno surgerent:sibi inuicem qd viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes: viꝝ dei sicut se venire promiserat expectabant. Cumq; vir dei constituta die minime venisset:ad eum cum merore reuersi sunt dicētes. Expectauimus pater vt venires sicut promiseras: z nobis ostenderes vbi quid edificare deberemus:z non venisti. Quibus ipse ait. Quare fratres:quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non veni? Cui cū ipsi dicerent:quādo venisti? respondit. Nunquid virisq;:vobis dormientibus:non apparui:z loca singula designaui? Ite z sicut per visionem audistis:omne habitaculum monasterij ita construite. Qui hec audientes vehementer admirati: ad predictum predium sunt

reuersi: et cuncta habitacula sicut ex reuelatione didicerant constru xerunt. ¶ Petrus.
Doceri velim quo fieri ordine potuit: vt longe iret: respōsum dormientibus daret: quod ipsi per visiones audirent et reco gnoscerent. ¶ Gregorius.
Quid est q perscrutans rei geste ordinem ambigis petre? Li quet profecto quia mobilioris nature est spiritus: q corpus. Et certe scriptura testante nouimus: q propheta ex iudea subleua tus: repente est cum prandio in chaldea depositus. Quo videlicet prandio prophetam refecit: seq3 repente in iudea iterum inuenit. Si igitur tam longe abacbuc potuit sub momēto corporaliter ire: et prā diū deferre. quid mirū si benedictus pater obtinuit: quatenus iret p spm: et fratrū quiescentium spiritibus necessaria narraret: vt sicut il le ad cibum corporis corporaliter perrexit: ita et iste ad institutiones spiritalis vite spiritaliter pergeret. ¶ Petrus.
Manus tue locutionis: tersit a me fateor dubietatē mētis. Sz velim nosse in cōi locutiōe qualis iste vir fuerit. ¶ Greg.
Vix ipsa petre cōis eius locutio a virtutis erat pondere va cua: q2 cuius cor sese in alta suspenderat: nequaq verba de ore illius incassū cadebant. Siquid vero vnq nō iam decernendo: s3 minando diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie atq3 suspense: s3 iā per sententiā ptulisset. Nā nō lōge ab eius monasterio due quedā sanctimoniales femine. nobiliori gener exor te: in loco proprio conuersabantur: qbus qdam religiosus vir ad exte rioris vite vsum prebebat obsequiū. Sed sicut nonnullis solet nobi litas generis parere ignobilitatē mētis: vt min⁹ se in hoc mūdo de spiciant: q plus se ceteris aliqd fuisse meminerunt nec du3 predicte sanctimoniales femine perfecte linguā sub habitus sui freno restrin xerāt: et eundē religiosū virū q ad exteriora necessaria eis obsequiū prebebat: incautis sepe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui cum diu ista tolleraret: perrexit ad dei hominem quantasq3 pa teretur verborum contumelias enarrauit. Vir autem dei hec de il lis audiens eis protinus mandauit dicens. Corrigite linguā vestrā: quia si non emendaueritis excommunico vos. Quam videlicet ex communicationis sententiam non proferendo intulit: sed intentan do. Ille autem pristinis moribus nihil mutante intra paucos dies

defuncte sunt:atq3 in ecclesia sepulte. Cumq3 in eadem ecclesia mis sarum solemnia celebrarentur. atq3 ex more diaconus clamaret si quis non communicat det locum:nutrix earum que pro eis oblationem domino offerre consueuerat:eas de sepulchris suis progredi et exire de ecclesia videbat. Quod dum sepius cerneret:q2 ad vocem diaconi clamantis exibant foras atq3 intra ecclesiam permanere nõ poterant:ad memoriam rediit.que vir dei illis adhuc viuentib9 mãdauit. Eas quippe se communione priuare dixerat:nisi mores suos et verba corrigerent. Tunc seruo dei cum graui merore indicatũ ẽ. Qui protinus manu sua oblationẽ dedit dicens. Ite et hanc oblationem pro eis offerre domino facite:et vlteri9 excõmunicate nõ erũt. Que dum oblatio pro eis fuisset immolata: et a diacone iuxta morẽ clamatũ est vt non cõmunicantes ab ecclesia exirent ille exire ab ecclesia vlterius vise non sunt. Qua ex re indubitanter patuit q2 dum inter eos qui cõmunione priuati sunt minime recederent: cõmunionem a domino per seruum domini recepissent. ¶ Petrus.

Mirum valde quamuis venerabilem et sanctissimum viz ad huc tamen in hac corruptibili carne degentem:potuisse animas soluere in illo iam iudicio inuisibili cõstitutas. ¶ Gregorius.

Nunquid nam petre in hac adhuc carne non erat:qui audiebat.quodcunq3 ligaueris super terram:erit ligatum et in celis:et que solueris super terram soluta erunt et in celis? Cuius nunc vicem et ligando et soluendo optinent:qui locum sancti regiminis fide et moribus tenent. Sed vt tanta valeat homo de terra:celi et terre conditor in terram venit e celo.atq3 vt iudicare caro etiam de spiritibus possit: hoc ei largiri dignatus est pro hominibus deus caro factus:quia inde surrexit vltra se infirmitas nostra. vnde sub se infirmata est firmitas dei. ¶ Petrus.

Cũ3 vtute signoz:cõcorditer loqr rõ verboz. ¶ Gregori9.

Quadam quoq3 die du3 quidã eius puerulus monachus parentes suos vltra quã debebat diligens.atq3 ad eoz habitaculũ tedẽs sine benedictione de mõasterio exisset: eodẽ die mox vt ad eos peruenit defunctus ẽ. Cũq3 esset sepult9. die altero proiectũ foras corpus eius inuentum est. Quod rursus tradere sepulture curauerunt: sed sequenti die iterum proiectum exterius: atq3 exhumatum sicut prius inuenerunt. Tunc concite ad benedicti patris

vestigia currentes: cum magno fletu petierunt: vt ei suam gratiam largiri dignaret. Quib⁹ vir dei manu sua protinus cōmunionē dominici corporis dedit dicēs. ite atq3 hoc dominicū corpus sup pect⁹ ei⁹ cū magna reuerētia ponite: eumq3 sepulture tradite. Quod cū factum fuisset susceptū corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpendis Petre apud Jesum Christū dominū cui⁹ meriti iste vir fuerit: vt eius corpus ēt terra proijceret: qui Benedicti gratiā non haberet. Petrus.

Perpendo plane z vehementer stupeo. Gregorius.

Quidam autem eius monachus mobilitati mentē dederat: z permanere in monasterio nolebat. Cūq3 eum vir dei assidue corriperet: frequēter admoneret: ipse vero nullo modo ɔsentiret in cōgregatione persistere atq3 importunis precibus vt relaxaretur immineret: quadā die isdē venerabilis pr̄ nimietatis eius tedio affect⁹: iratus iussit vt discederet. Qui mox vt monasteriū exijt cōtra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cūq3 eum isdem draco qui apparuerat deuorare vellet: cepit ipse tremēs z palpitans magnis vocibus clamare dicens. Currite currite q2 draco iste me deuorare vult. Currentes aūt fratres draconem minime viderunt: sed trementem atq3 palpitantem monachum ad monasteriū reduxerunt. Qui statim promisit nunq̄ se esse iā ð monasterio recessurū: atq3 ex hora eadem in sua promissione ɔmansit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat: quem prius non videndo sequebatur.

Sed neq3 hoc silendū puto. qð illustri viro optonio narrāte cognoui: Qui aiebat patris sui puerum morbo elefantino fuisse correptum: ita vt iam pilis cadētibus cutis intumesceret atq3 increscente sanie occultari non posset. Qui ad virum dei ab eodem patre eius missus est: z saluti pristine sub omni celeritate restitutus est.

Neq3 illud taceā quod ei⁹ discipul⁹ peregrin⁹ nomine narrare ɔsueuerat q2 die quadam fidelis vir quidā necessitate debiti cōpulsus: vnum sibi fore remediū credidit: si ad virū dei pergeret z que eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaq3 ad monasteriū: omnipotentis dei famulum repperit: q2 a creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur intimauit. Cui venerabilis pater nequaq̄ se habere duodecim solidos respōdit: sed tamen eius

inopiā blāda locutione cōsolatus ait. Uade ⁊ post biduū reuertere: quia deest hodie qđ tibi debeam dare. In ipso aūt biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cū die tertio is qui necessitate debiti affligebatur rediit super arcam monasterij que erat frumento plena: subito tredecim solidi sunt inuenti. Quos vir dei deferri iussit. ⁊ afflicto petitori tribuit dicēs: vt duodecim redderet: ⁊ vnum inexpensis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeam: que eius discipulis in libri huius exordio predictis referētibus agnoui.

Quidam vir grauissima aduersarij sui emulatiōe laborabat. Cuius ad hoc vsq3 odium prorupit: vt ei nescienti in potum venenum daret. Qui q̄uis vitam auferre non valuit: cutis tamen colorem mutauit: ita vt diffusa in corpore eius varietas lepre mores imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus: salutem pristinā citius recepit. Nam mox vt eum contigit: omnem cutis illius varietatem fugauit.

Eo quoq3 tempore quo alimentorum inopia cāpaniam grauiter affligebat: vir dei diuersis indigentibus monasterij sui cūcta tribuerat: vt pene nihil in cellario nisi paru3 quid olei in vitreo vase remaneret. Tūc quidam subdiaconus agapitus nomine aduenit: magnopere postulās vt sibi aliquātulū olei dari debuisset. Uir aūt dñi qui cuncta decreuerat in terrā tribuere vt in celo omnia reseruaret. hoc ipsum parum qđ remanserat olei iussit petēti dari. Monachus vero qui cellerariū tenebat: audiuit quidem iubētis verba: sed implere distulit. Cūq3 post paululum si id qđ iusserat datū esset inquireret: respōdit monachus se minime dedisse. q2 si illud ei tribueret: omnino fratribus nihil remaneret. Tūc iratus alijs precepit: vt hoc ipsum vas vitreum in quo parum olei remansisse videbatur per fenestram projicerēt: ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factum est ita. Sub fenestra aūt eadem ingēs precipitium patebat: saxorum molibus asperum. Proiectum itaq3 vas vitreū venit in saxis. sed sic māsit incolume: ac si proiectum minime fuisset. ita vt neq3 frāgi neq3 oleum effundi potuisset. Quod vir dei precepit leuari: atq3 vt erat integrum petēti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de infidelitate sua ⁊ superbia coram omnibus increpauit. Qua increpatione completa: sese cum hisde3 fratribus in orationem dedit. In eo autem loco vbi cū3 fratribus

orabat: vacuum erat ab oleo dolium et coopertum. Cumque sanctus vir in oratione persisteret: cepit operimentum eiusdem dolij oleo excrescente sublevari. Quo commoto atque sublevato oleum quod excreverat ora dolei transiens: pavimentum loci in quo incubuerant inundabat. Quod benedictus dei famulus ut aspexit: protinus orationem compleuit: atque in pavimentum oleum fluere cessavit. Tunc diffidentem inobedientemque fratrem latius admonuit: ut fidem habere disceret et humilitatem. Idem vero frater salubriter correptus erubuit: quia venerabilis pater virtutem omnipotentis domini quam admonitione intimaverat: miraculis ostendebat. Nec erat iam ut quisque de eius promissionibus dubitare posset: quia in uno eodemque momento pro vitreo vase pene vacuo plenum oleo dolium reddidisset.

Quadam die cum ad beati Joannis oratorium quod in ipsa montis celsitudine positum est pergeret: ei antiquus hostis in muli medici specie obviam factus est: cornu et tripedicam ferens. Quem cum requisisset dicens quo vadis: ille respondit. Ecce ad fratres vado. potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis benedictus ad orationem: qua completa concitus redijt. Malignus vero spiritus unum seniorem monachum invenit aquam haurientem: in quem statim ingressus est. eumque in terram proiecit et vehementissime vexavit. Quem cum vir dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspiceret: ei solummodo alapam dedit: et malignum ab eo spiritum protinus excussit: ita ut ad eum redire ulterius non auderet. Petrus.

Velim nosce si hec tanta miracula virtute semper orationis impetrabat: an aliquando etiam solo voluntatis exhibeat nutu. Gregorius.

Qui devota mente deo adherent. cum rerum necessitas exposcit. exhibere signa modo utroque solent: ut mira quedam aliquando ex prece faciant. aliquando ex potestate. Cum enim Joannes dicat quot quot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: qui filij dei ex potestate sunt: quid mirum si signa facere ex potestate valent? Quia enim utroque modo miracula exhibeant: testatur petrus: qui tabitam mortuam orando suscitavit ananiam vero et saphyram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim eum orasse in eorum extinctione legitur. sed solummodo culpam quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quia signa aliquando ex potestate: aliquando vero exhibent ex postulatione. dum et istis vitam increpando abstulit. et illi reddidit orando.

Nam duo quoq3 fidelis dei famuli Benedicti facta nunc replico: in quibus aperte clareat aliud hunc accepta diuinitus ex potestate: aliud ex oratione potuisse. Gotorꝫ quidã zalla nomine perfidie fuit arriane. Qui totile regis temporibus contra catholice ecclesie religiosos viros ardore imanissime crudelitatis exarsit: ita vt quisquis ei clericus monachusue ante faciem venisset: ab eius manibus viuꝰ nullo modo exiret. Quadam vero die auaritie sue estu succensus in rapinam rex inhians: dum quendam rusticũ tormẽtis crudelibꝰ affligeret: eumq3 per supplicia diuersa laniaret: victus penis rusticus sese res suas benedicto dei famulo cõmendasse professus est: vt du3 hoc a torquente creditur: suspensa interim crudelitate. ad vita3 hore raperentur. Tunc idem zalla cessauit rusticum tormentis affligere: sed eius brachia loris fortibus astringens: ante equum suu3 cepit impellere: vt quis esset benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachijs rusticus antecedens: duxit ad sancti viri monasterium: eumq3 ante ingressum celle solu3 sedẽtem reppit z legẽtem. Eidem aũt subsequenti z seuienti zalle rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixeram benedictus pater. Quem du3 feruido spiritu cum puerse mentis insania fuisset intuitus. eo terrore quo cõsueuerat acturum se existimans: magnis cepit vocibus clamare dicẽs. Surge surge z res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir dei protinus oculos leuauit a lectione: eumq3 intuitus mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset: miro modo tanta celeritate ceperũt illigata brachijs lora deuoluere. vt dissolui tam concite nulla hominum festinatiõe potuissent. Cũq3 is qui ligatꝰ venerat cepisset subito astare solutus. ad tante potestatis vim tremefactus zalla ad terrã corruit: z ceruicem crudelitatis rigide ad eius vestigia inclinãs oratiõibus se illius cõmendauit. Uir aũt sanctus a lectione minime surrexit. s3 vocatis fratribus introrsus tolli vt benedictionẽ acciperet precipit. Quem ad se reductum: vt a tante crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui mitior factus recedẽs: nil vlterius petere a rustico presumpsit. quẽ vir dei non tãgẽdo: s3 respiciẽdo soluerat. Ecce est Petre qȯ dixi. quia hi qui omnipotenti deo familiarius seruiũt. aliqñ mira facere ẽt ex potestate possunt. Qui enim ferocitatẽ gothi terribilis sedẽs repressit: lora vero nodosq3 ligature que innocentis

brachia

brachia astrinxerant oculis dissoluit:ipsa miraculi celeritate indicat quia ex potestate acceperat habere qd fecit. Rursus quoqз quale quantunqз miraculum orando valuit obtinere subiungam.

Quadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus. Quidam vero rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferens orbitatis luctu estuans: ad monasterium venit: Benedictum patrem quesiuit. Cui cum dictuз esset:quia isdem pater cum fratribus in agro moraretur:protinus ante monasterij ianuaз corpus extincti filij proiecit: ꝛ dolore turbatus ad inueniendum venerabilem patrē: se cōcitus in cursum dedit. Eadem vero hora vir dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quē mox vt orbatus rustic⁹ aspexit:clamare cepit. Redde filiū meū redde filium meum. Vir auteз dei in hac voce substitit dicens. Nūquid ego tibi filiū tuum abstuli? Cui ille respondit. Mortuus est:veni resuscita euз. Qd mox vt dei famulus audiuit valde contristatus est dicens. Recede frater recede. Hec nostra non sunt:sed sanctoꝝ apostoloruз sunt. Quid nobis onera vultis imponere:que non possumus portare? At ille queз nimius cogebat dolor in sua petitione perstitit:iurans quod non discederet nisi eius filium resuscitaret. Quem mox dei famulus inquisiuit dicens. Ubi est? Cui ille respondit. Ecce corpus eius ad ianuam monasterij iacet. Ubi dum vir dei cum fratribus venisset flexit genua:ꝛ super corpusculum infantis incubuit: seseqз erigens ad celum palmas tetendit dicens. Domine non aspicias peccata mea: sed fidem huius hominis:qui resuscitari filium suū rogat:ꝛ redde in hoc corpusculū animā quam abstulisti. Uix in oratione verba compleuerat:ꝛ regrediente anima ita corpusculum omne contremuit:vt sub oculis omnium qui aderant apparuerit: cōcussione mirifica:tremēdo palpitasse. Cuius mox manum tenuit ꝛ eum patri viuentem atqз incolumeз reddidit. Liquet Petre quia hoc miraculum in potestate nō habuit.qd ꝓstrat⁹ petijt:vt exhibere potuisset. ¶ Petr⁹

Si cuncta sunt vt asseris: constat patēter quia verba que proposueras rebus ꝓbas. Sed queso te vt indices si sancti viri omnia que volunt possunt: ꝛ cuncta impetrant que desiderant obtinere. ¶ Gregorius.

Quisnam erit Petre in hac vita paulo sublimior qui de carnis sue stimulo ter dominum rogauit: ꝛ tn̄ quod voluit obtinere non

valuit? Ex qua re necesse est vt tibi de venerabili patre Benedicto narrem: quia fuit quiddam quod voluit sed non valuit implere.

Soror namq3 eius Scolastica nomine omnipotēti domino ab ipso infantie tempore dicata: ad eum semel per annum venire consueuerat: ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam vero die venit ex more: atq3 ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater. Qui totum diem in dei laudibus sacrisq3 colloquijs ducentes: incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cūq3 adhuc ad mēsas sederent: et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret: eadem sanctimonialis femina eum rogauit dicens. Queso te vt ista nocte me non deseras: vt vsq3 mane aliquid de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tāta vero erat celi serenitas: vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis aūt femina cum verba fratris negantis audisset: insertas digitis manus super mensam posuit: et caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cūq3 leuaret de mensa caput: tanta corruscationis et tonitrui virtus tantaq3 inūdatio pluuie erupit: vt neq3 venerabilis benedict⁹ neq3 frēs q cū eo aderāt: extra loci limen quo ꝯsederāt: pedē mouere potuissent. Sanctimonialis quippe femina: caput in manibus declinans: lachrymarum fluuium in mensam fuderat: per quas serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est: sed tanta fuit conuenientia oratiōis et inūdationis: vt de mēsa iā caput cum tonitruo leuaret quaten⁹ vnū idemq3 esset momentum: et leuare caput et pluuiam deponere. Tūc vir dei inter corruscationes et tonitrua: atq3 ingentis pluuie inundationem: videns se ad monasterium non posse remeare cepit cōqueri contristatus dicens. Parcat tibi omnipotens deus soror: quid est quod fecisti? Cui illa respondit. Ecce rogaui te: et exaudire me noluisti: rogaui deum meum et exaudiuit me. Modo ergo si potes egredere: et me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens: qui remanere sponte noluit in loco mansit inuit⁹. Sicq3 factum est: vt totam noctem peruigilem ducerēt: atq3 per sacra spiritalis vite colloquia: sese vicaria relatione saciarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid: sed minime potuisse: quia si venerabilis vi

ri mentem aspicimus: dubium non est: quod eandem serenitatem voluerit in qua descẽderat permanere. Sed ꝯtra hoc quod voluit in virtute omnipotẽtis dei ex femineo pectore miraculũ inuenit. Nec mirum quod plus illo femina que diu fratrem videre cupiebat in eodem tẽpore valuit. Quia .n. iuxta Joannis vocem deus caritas est: iusto valde iudicio illa plus potuit: que amplius amauit. ¶ Petrus. Fateor multum placet quod dicis. ¶ Gregorius.

Cumque die altero eadem venerabilis femina ad cellã ꝓpriã recessisset: vir dei ad monasterium rediit. Cũ ecce post triduũ in cella consistens: eleuatis in aere oculis vidit eiusdem sororis sue animam de eius corpore egressam in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie cõgaudẽs: omnipotẽti deo in hymnis et laudibus gratias reddidit eiusque obitum fratribus denunciauit. Quos etiam protinus misit vt eius corpus ad monasterium deferrẽt: atque in sepulchro: quod sibi ipsi preparauerat ponerẽt. Quo facto ꝯtigit: vt quorum mens vna semper in dño fuerat: eorũ quoque corpora nec sepultura separaret.

Alio quoque tẽpore Seruãdus diaconus atque abbas eius monasterij quod in campanie partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum: ad eum visitationis gratia ex more cõuenerat. Eius quippe monasterium frequentabat: vt quia idẽ quoque vir doctrina gratie celestis affluebat: dulcia sibi inuicem vite verba trãsfunderẽt: et suauem cibum celestis patrie quia adhuc perfecte gaudẽdo non poterant saltim suspirando gustarent. Cum vero hora iam quietis exigeret vt membra sopori dare debuissent: turris erat in medio posita: que super totius habitaculi tectum eminebat: in cuius turris superioribus se venerabilis benedictus: in eius quoque inferioribus sese Seruãdis diaconus collocauit: quo videlicet in loco inferiora superioribus peruius continuabat ascensus. Ante eadem vero turrim: largius erat habitaculũ in quo vtriusque discipuli quiescebãt. Cũque vir domini Benedictus adhuc quiescẽtibus fratribus instans vigilijs nocturne orationis tempora preuenisset: ad fenestram stans: et omnipotentem dominum deprecãs subito in tempeste noctis hora respiciens: vidit fusam lucem desuper cũctas noctis tenebras effugasse tãtoque splendore clarescere: vt diem vinceret lux illa que in tenebris radiasset. Mira aũt valde res in hac speculatione secuta est: quia sicut post ipse

narrauit: omnis ẽt mũd⁹ velut sub vno solis radio collect⁹ ante ocu los eius adductus est. Qui venerabilis pater dũ intentam oculoꝝ aciẽ in hoc splẽdore corrusce lucis infigeret: vidit germani capuani epi animam in spera ignea ab angelis in celũ deferri. Tũc tanti sibi testem volens adhibere miraculi: Seruandũ diaconem iterato bis terqꝫ eius nomine cũ clamoris magnitudine vocauit. Cũqꝫ ille fuis set insolito tanti viri clamore turbatus: ascendit respexit parteqꝫ iaꝫ lucis exiguam vidit. Cui tãtũ hoc obstupescẽti miraculũ: vir dei per ordinem que fuerãt gesta narrauit. Statimqꝫ in casinum castrũ re ligioso viro theoprobo mãdauit vt ad capuanam vrbem sub eadeꝫ nocte trãsmitteret ꝛ qd de germano epo ageretur agnosceret ꝛ indi caret. Factũqꝫ est vt reuerẽdissimũ virũ germanũ epm is q missus fuerat iã defũctũ reperiret: ꝛ regrẽs subtiliter agnouit eodẽ momẽto fuisse illi⁹ obitũ: quo vir dñi ei⁹ agnouit ascensum. ¶ Petrus.

Mira res valde ꝛ vehemẽter stupẽda. Sꝫ hoc quod dictum est: qꝛ ante oculos ipsius quasi sub vno solis radio: collectus omnis mund⁹ adductus est: sicut nunꝗ̃ expert⁹ sum: ita nec ꝯijcere scio quo ordine fieri potest: vt mundus omnis ab homine vno vi deatur. ¶ Gregorius.

Fixum tene Petre quod loquor: qꝛ anime vidẽti creatorẽ an gusta est omnis creatura. Quantũlibꝫ etenĩ paꝝ de luce creatoris aspexerit breue fit ei omne qđ creatuꝫ est: qꝛ ipsa luce visiõis intime mẽtis laxaẽ sinus tmqꝫ expãdiẽ in deo vt superior existat mũdo. Fit vero ipsa vidẽtis anima ẽt super semetipsam. Cũqꝫ in dei lumine ra piẽ sup se in interioribus ampliaẽ: ꝛ dũ se ꝯspicit exaltatam: com prehẽdit ꝗ̃ breue sit: ꝗ̃ ꝯprehẽdere humiliata nõ poterat. Uir ergo domini q intuebaẽ globum igneũ: angelos quoqꝫ ad celos redeun tes videbat. hec procul dubio cernere nõ nisi in dei lumine poterat. Quid itaqꝫ miꝝ si mũdũ ante se collectum vidit: qui subleuatus in mẽtis lumine extra mũdũ fuit. Quod aũt collect⁹ mũdus ante eius oculos diciẽ: nõ celũ ꝛ terra ꝯtracta sunt sꝫ vidẽtis anim⁹ dilatatus: q in deo raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra deũ est. In illa ergo luce q̃ exterioribus oculis fulsit lux interior in mẽte fuit: q̃ vidẽtis animũ qꝛ ad superiora rapuit: ei ꝗ̃ angusta essent oĩa inferiora monstrauit. ¶ Petrus.

Uideor mihi vtiliter nõ intellexisse q̃ dixeras: qñ ex tarditate

mea tantum creuit expositio tua. Sed qr hec liquide meis sensibus infudisti. queso vt ad narrationis ordinem redeas. ¶ Gregori⁹.

Libet Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare: sed quedā eius studiose pretereo: qa ad alioꝝ gesta euoluēda festino. Hoc aūt nolo te lateat ꝙ vir dei inter tot miracula qbus in mundo claruit: doctrine quoqꝫ verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachoꝝ regulā discretione precipuam: ⁊ ſmone luculētā: cuius siquis velit subtilius mores vitamqꝫ cognoscere: potest in eadē institutione regule oēs magisterij illius actus inuenire: quia scūs vir nullo modo potuit aliter docere: ꝙ vixit.

Eodem vero anno quo de hac vita erat exiturus: quibusdam discipulis secū ꝯuersantibus: quibusdam longe manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diē: presentibus indicens: vt audita per silentiū tegerent: absentibus indicās qd vel quale signū eis fieret: qn eius anima de corpore exiret. Ante sextū vero sui exitus diē aperiri sibi sepulturā iubet. Qui mox correptus febribus: acri cepit ardore fatigari. Cūqꝫ per dies singulos languor ingrauesceret: sexto die portari se in oratorium a discipulis fecit: ibiqꝫ exitū suū dnici corporis ⁊ sanguinis pceptione muniuit: atqꝫ inter discipuloꝝ man⁹ imbecilla mēbra sustentans: erectis in celū manibus stetit: ⁊ vltimū spiritū inter verba orationis efflauit. Qua .s. die duobus de eius fratribus vni in cella cōmoranti. alteri autem longius posito reuelatio vnius atqꝫ indissimilis visionis apparuit. Viderunt nāqꝫ qr strata pallijs: atqꝫ innumeris corusca lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in celum vsqꝫ tendebat. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens: cuius esset via quā cernerēt inquisiuit. Illi aūt se nescire professi sunt. Quibus ipse ait. Hec est via qua dilectus dño benedictus celū ascendit. Tunc itaqꝫ sancti viri obitū sicut pñtes discipuli viderunt: ita absentes ex signo qd eis predictum fuerat agnouerunt. Sepultus vero ē in oratorio beati Joannis baptiste qd destructa ara apollinis ipse cōstruxit. Qui ⁊ in eo specu in quo prius sublacu habitauit nunc vsqꝫ si petentiū fides exigat: miraculis coruscat.

Nuper nanqꝫ est res gesta quā narro: qr quedā mulier mente capta: dum sensū funditus perdidisset: per mōtes ⁊ valles ⁊ syluas ⁊ cāpos die noctuqꝫ vagabaẗ ibiqꝫ tantūmodo quiescebat vbi hāc

quiescere lassitudo coegisset. Quadam vero die dum vaga nimium erraret: ad beati viri Benedicti patris specu devenit. ibiqz nesciés ingressa mansit. Facto aût mane. ita sanato sensu egressa est. ac si eã nûq̃ insania capitis vlla tenuisset. Que omni vite sue tẽpore i eadez quam acceperat sanitate permansit. ¶ Petrus.

Quid nam esse dicimus qđ plerunqz in ipsis quoqz patrocinijs martyꝝ sic esse sentimus vt non tanta per sua corpora q̃ta beneficia per reliquias ostendant: atqz illic maiora signa faciant vbi minime per semetipsos iacent. ¶ Gregorius.

Ubi in suis corporib⁹ sancti martyres iacẽt dubiuz petre nõ est q̃ multa valeant signa monstrare: sicut ꝛ faciũt ꝛ pura mẽte querẽtib⁹ innumera miracula ostendũt. Sz q: ab infirmis potest mentibus dubitari: vtrum ne ad exaudiẽdũ ibi presentes sint vbi cõstat q: in suis corporibus non sint: ibi eos necesse est maiora signa ostendere: vbi de eorum presentia potest mens infirma dubitare. Quorũ vero mens in deo fixa est. tanto magis habet fidei meritum: quãto illic eos nouit ꝛ non iacere corpore: ꝛ tñ nõ deesse ab exauditione. Unde ipsa quoqz veritas vt fidem discipulis augeret dixit. Si non abiero. paraclitus nõ veniet ad vos. Cum. n. cõstet q: paraclitus spiritus ex patre semp procedat ꝛ filio: cur se filius recessuꝝ dicit vt ille veniat: qui a filio nunq̃ recedit? Sz q: discipuli in carne dominum cernẽtes: corporeis hũc semp oculis videre sitiebant: recte eis dicit nisi ego abiero paraclit⁹ non veniet: ac si apte diceretur. Si corp⁹ nõ subtraho: qui sit amor spirit⁹ nõ ostẽdo. Et nisi me desieritis corporaliter cernere: nũq̃ me discitis spũaliter amare. ¶ Petr⁹

Placet quod dicis. ¶ Gregorius.

Aliquantulum iam a locutione cessandum est: vt si ad aliorũ miracula enarranda tẽdimus loquendi vires interim per silentiuz reparemus.

¶ Explicit. ij. liber dialogoꝝ beati Greg. pp̃. de vita ꝛ miraculis sancti Benedicti abbatis.

De sancto Benedicto. Ex secundo libro. D. Francisci petrarche de vita solitaria.

SEd vbi iam dux occidentalium monachoꝝ Benedictus remanet? At quis cum xp̄i fidelius non nouit: quis sanctū iuuenile ꝯsilium non audiuit? Qui q̄uis a prima etate virtutū hospes: voluptatū hostis: arduā celi viam esset ingressus: vt cōpēdiosius tamē ac tutius pergeret Romā Nursiamq̧ dimisit: quaꝝ in altera educatus: ortus ex altera: vtriusq̧ amorē vsu ac natura ꝯtraxerat. Uicit tñ carnales affectus anime cura: petijtq̧ felix puer non modo solitudinē: sed desertum: ⁊ illud immane sed deuotū specus: qđ qui viderunt: vidisse quodāmodo paradisi limen credunt. Ubi qualiter vixerit sciens sileo: cū ⁊ cuncta nobilium scriptoꝝ fides lateq̧ loquax fama vulgauerit: ⁊ iacta illic ingētia preclarissime religionis fundamenta testētur. Id nunc mihi suffecerit: ⁊ solitudines nostras honestasse cōmemoratione tanti incole: ⁊ propositū meū presens tali teste firmasse. Longū est enumerare: qui deinceps viri: ⁊ quales huiꝰ vestigia secuti: ⁊ vel claritate ducis ⁊ exempli stimulis: vel inclinatione nature: vel diuinis oraculis admoniti. Religionum venerabiliū fundatores: varias solitudines petiere. Indicio nunc etiam sunt sacra cenobia ⁊ inter spelea siluestria deuotissime domꝰ xp̄i: Cistertiū: Maiella: Cartusia: Uallis vmbrosa: CAMALDULUM: innumerabilesq̧ alie. Quaꝝ religionū riui: ⁊ si celesti deuotionis augumento postmodum longe lateq̧ diffusi sint: ⁊ plana cōpleuerint: si tamen vt magnoꝝ fluminum fontes: sic harū queris origines ex asperrimis montibus emanasse cōperies. Claꝝ quidem ex omnibꝰ ⁊ famosum Benedicti nomē: Cuius historiam viteq̧ modū quisquis nosse cupit: non scrutari abdita iubeo. Gregoriani dialogi cuiꝰ supra mentio est habita: secundum libꝝ perlegat: qui ex illius actibꝰ est totus: ⁊ vbi reꝝ claritas stilo etiam illustratur.



S. Benedictus Cenobiti-
ce vite institutor.

S. Romualdus Eremiti-
ce vite institutor.

Incipit Eremitice vite regula a beato Romualdo Camaldulē sibus Eremitis tradita: seu Camal. Eremi cōstitutiones.

Proemium.

Conuersationis eremitice regulas et institutiones non de nouo nos edere: sed quas beatissimus vir domini Romualdus suo viuēdi exēplo: crebrisque viue vocis admonitionibus discipulis suis camaldulensibus eremitis tradidit: omnibusque eremiticam arripere conuersationem cupientibus reliquit: non proprijs viribus sed diuino freti auxilio his litteris memorie mandare aggredimur: non quod ea que scripturi sumus ipsi ab eo susceperimus: sed quod a diuersis qui hec ante nos scriptis tradere: ac in multis suo sensu moderari voluerunt colligere intendimus: et plurimas que paulatim in hac ipsa eremitica institutione admisse sunt relaxationes resecare: et quantū humana his temporibus posse fragilitas existimatur: ad pristinā suam dignitatem et antique austeritatis decorem reducere animus est. Sed antequam ad eremiticarum institutionum seriē descendamus operepreciū fore duximus prius quo tempore beatus Romualdus ipse huius eremitice vite diuinitus institutor floruerit: quā et quomodo sacrā camaldulēsem eremū in qua vsque ad hec tēpora perdurasse ab illo tradita eremitice vite institutio videtur edificauerit paucis declarare: et illos qui per diuersa tēpora a beato institutore traditas regulas et institutiones varie ac multipliciter pro vt vniuscuiusque sensus fuit: scriptis cōprehendere conati sunt: breuissime recensere. Circa annum igitur a domini nostri Jesu Christi incarnatiōe DCCCC. natus beatissimus vir Romualdus patria Rauennas stirpe preclarissima ducum progenitus: professione monachus: et ex cenobitica ad vitam cōuersus eremiticam Italie et toti Europe notissimus: nobilibus omnibus Regibus ac Imperatoribus carissimus: et per oīa admirabilis: sanctitate cōspicuus: diuinorū charismatum: prophetie: ac miraculorum gratia insignis: cum iam vite centū et eo amplius annos peregisset: post centum fere quorum et cenobitis quedā et eremitis multo plura sancte cōuersationis loca edificauerat: atque sua presentia ornauerat exemplo et sanctis admonitionibus instituerat. Tandē antequam ab hoc seculo solueretur perfecte. ere

mitice ꝯuersationis formā regulas ⁊ instituta mundo traderet: ⁊ po-
steris omnibus relinquere cupiens locum ad huiusmodi ꝯuersatio-
nis institutionē idoneum diu quesiuit: Et post multa cū in etrurie
finibus ad partes Aretini territorij: anno ab eadē incarnatione dñi
millesimo duodecimo deuenisset: ⁊ per aspera apennini iuga iter fa-
ceret inter altissimas siluas campum valde inuenit amenū lucidis-
simis ac dulcibus aquis irriguū: in quo dū vel labore fessus: vel lo
ci amenitate delectatus paululū quiesceret: raptus in spiritu instar
Jacob scalā vidit excelsam nimis: ⁊ suo vertice celum tangentē: p
quā diuino quodā splendore fulgentium videbat monachoꝝ conscē
dere multitudinē: qui mox descendens viꝝ quendā nobilē Aretinū
nomine Maldulum inuenit: cuius ille campus in alpibus positus
proprius erat: qui beato viro Romualdo obuiam factus audito ꝙ
locum ad eremiticā ꝯuersationē idoneum quereret campum eundē
illi obtulit: asserens se cum aliqñ ibi dormiret scale cuiusdā mirabilē
visionē vidisse: per quā ad celum vsq; monachoꝝ ascenderet multi-
tudo. His vir dei in diuino oraculo ꝯfirmatus oblatū a Maldulo
campū accepit: ⁊ venerabilis viri Thedaldi aretini epī: qui tunc tē-
poris ethruriā fere vniuersam: vtraq; regebat potestate: suffragio
facillime impetrato: ibidē ecclesiā in honorē ⁊ titulū sancti Saluato
ris nostri: ⁊ quinq; in circuitu eius cellas ꝯstruxit: in quibus religio-
sos fratres ordinauit: ⁊ regulas ieiunandi silendi atq; in cellulis p-
manendi aliaq; eremitice vite instituta pfecte tradidit: vna sibi re-
seruata: que vsq; ad hec tempora omniū que in eremo sunt angusti-
or ⁊ antiquior beatissimi Romualdi cella nuncupatur: in qua p ali-
quod tēp⁹ reclusus permansit: ⁊ alios fratres exēplo suo ꝯfirmauit:
miraculisq; ibidē multis claruit: ipse vero pter sanctissime vite sue
exēplum crebrasq; ac efficaces: que in hominū mentibus herere po
terant admonitiões nullas que ad nostrā noticiā deuenerint eremi
tice vite regulas seu institutiones scripsit: non sensus inopia aut scri
bēdi imperitia: q licet e seculo satis ineruditus discessisset: vite tñ me-
ritis diuine instructionis tantam gratiam: in extasi aliquando rapt⁹
ꝯsecutus est: vt psalterium totū sua manu prescriptū: sua manu etiā
ex integro nō rudi omnino sermone: sensib⁹ vero eminētissimis ex-
posuit: qđ pciosū beatissimi patris ⁊ institutoris pignus in eadē sa-
cra camaldulēsi eremo ꝯseruatur: sed sanius fore ratus est sine scri-

8. licitudini opposita ab obedientia ammouentur. ¶ Octauus autē obedientie gradus est: si hec oīa que dicta sunt non tepide sȝ feruēti quodam animi desiderio impleantur. Multi possunt inferioꝝ oīum graduum perfectiones tenere: sȝ frigidiuscule aut tepidius ꝙ opus esset in illis exerceri. Qui vero octauū istum ɔscendūt gradū omnī non solum frigiditate que extremū negligētie est: sȝ tepiditate quoqȝ que mediū locū tenet āmota cū magno animi feruore ardētiqȝ affectu in his omnibus exercentur: quo sane animi feruore vel in aggrediendo ꝓsequendoqȝ vel in ɔsumando opere: obedientie decor ac ornamentum magnum adijcitur: id.n. si deficiat atqȝ tepide seu qđ deterius ē frigidiuscule ꝙ par esset ea que inferioꝝ graduū sunt implean͏ᵗ imperfecta satis est obediētia ꝓprioqȝ decore viduata. Quisqȝ igitur octauum tenere gradum obedientie cupit: in quocūqȝ obedientie actu gradu ve exerceatur: oīa non frigide: quod imperfectorū est: non tepide: qđ incipientes seu perficientes facere solent: sȝ deuoto animi feruore magnoqȝ mentis ardore perficiat. Turpe.n. est si in eis que sponte propria operatur monachus feruētior inueniatur ꝙ in his in quibus per obedientie virtutem exercetur: dānabileqȝ valde est si ī illis simus pro quibus dn̄s in euangelio prudentiores esse filios tenebraꝝ ꝙ filios lucis ꝓnūtiat. Cū.n. seclī negociatores magno animi feruore sua pertractent negocia: reprehensibilis valde videtur monachus si in obedientie tā preciosi lucri negociatione frigidus aut tepidus in aliquo inueniatur. Tres istos obedientie gradꝰ sextum.s. septimum ⁊ octauum tribus tm̄ verbis nobis beatus proposuit regule auctor cum ait obedientia acceptabilis erit deo ⁊ dulcis hominibus si quod iubetur nō trepide per sexti gradus virtuteȝ nō tarde per septimi gradus perfectionem: nō tepide per octaui gradus cōsumatū decorē efficiatur. ¶ Nonus autem obedientie gra
9. dus est sine vlla penitus verboꝝ aut exterioris cuiuscunqȝ significationis murmuratione aut excusatione obedire. oportet.n. ad huius gradus integritatem ⁊ linguam ab omni murmuratione cōpescere: ⁊ oēs insuper exteriores motus ita ɔtinere vt nulla in vultu aut actu aliquo appareat tristis aut non libenter obedientis animi significa-

tio:ſepe etenim vultus triſtitia manuum iactatione alio ue geſtu cor
poris tacente lingua grauius ⁊ pernitioſius aliquis murmuratur ꝙ
ſi apertis verbis ipſe murmurãtis animi affectũ declararet: qui er-
go ⁊ lingue ⁊ omnis exterioris ſignificationis murmuratione cõpe-
ſcens tacit⁹ hilari ſerenaqꝫ fronte qualencunqꝫ ſuſcipit atqꝫ perfice
re curat obedientiam nonũ ipſius obedientie gradũ tenet: ad quem
qui ſe aliquid ſcire ꝑter ſuperioris ꝓceptũ exiſtimauerit:ꝗ propriam
habere in aliquo voluntatẽ voluerit difficillime perueniet: qui vero
ſe nihil ſcire:nihil cognoſcere iudicauerit:nihilqꝫ velle niſi quod illi
iniunctũ fuerit curauerit:⁊ tanꝙ iumentũ apd dñm ſuperiorẽqꝫ ſuũ
effectus fuerit hic faciliter poterit hui⁹ noni grad⁹ ꝑfectionẽ tenere.
¶ Decimus obedientie gradus eſt:interiorẽ animi oẽm cõpeſcere ·10·
atqꝫ ita repellere murmurationẽ:vt nullũ oio in aio locũ habeat: ſi-
cut.n.in eo nonus obediẽtie ꝯſiſtit gradus vt exterior oĩs amoueaꝛ
murmuratio:ita decimus hic requirit vt iterius in aio null⁹ ſit mur
murantis aut nõ libenter obedientiã ſuſcipientis animi affectus: ꝗ
licet hominibus non appareat: deum tñ cui per obedientie laborem
inſeruire debemus latere non poteſt:ſicut enim homo videt in faciẽ:
ita deus interius oĩa archana pectoris intueť. Per nonũ obediẽtie
gradũ nr̃a fit obediẽtia hoĩb⁹ dulcis: deo ãt grata nõ eſt et accepta
bilis niſi decimi etiã gradus ꝑfectionẽ teneam⁹: imo vt beat⁹ pater
hos duos deſcribẽs gradus ait: ſi diſcipulus nõ ſolũ ore ſꝫ ẽt i corde
murmurauerit etiã ſi iuſſionẽ factis impleat atqꝫ iniunctũ ſibi opus
ꝑficiat tamẽ ꝓpter iteriorẽ murmurationẽ acceptũ iã nõ erit deo ꝗ
cor reſpicit murmurãtis: et ꝑ tali facto nullã cõſeqtur gratiã immo
penã murmurantiũ incurrit ſi nõ cũ ſatiſfactione emẽdauerit. Que
beati patris verba ſatis oſtendũt quãte malignitatis ſit non aperta
modo ſed occulta etiã taciti animi murmuratio quã ꝑ hũc decimuꝫ
obedientie gradum a nobis penitus ammouendã eſſe intelligimus.
¶ Undecimus poſt hec obedientie gradus: qui inferioribus oĩb⁹ 11
lumen ⁊ gratiã adducit in eo ꝯſiſtit: vt bono:leto: hilariqꝫ aio cũ ſan
cta.ſ.ſpirituali letitia ſuperiorꝫ iuſſa impleamus nõ cũ triſtitia quaſi
ex neceſſitate:hilarẽ.n.datorẽ vt apoſtoli verbis vſus in huius gra
dus deſcriptione ait pr̃ Benedictus:diligit deus. Ad huius igitur
gradus perfectionẽ pertinet:vt obedientis aius ſpirituali impleatur
propter iniunctũ miniſteriũ iocunditate:tantoqꝫ amplius gaudeat

ac letetur quāto amplius id quod sibi iniunctū est ꝓprie volūtati cō
trariū esse sentit: non eni spiritualis letitia est que ex ꝓprie volūtatis
nascitur radice: sed que in contrarijs ac valde proprio desiderio
oppositis obedientie sancte operib⁹ letari animū facit: in eo gaudēs
ꝙ propter obedientie virtutē ꝓprie contraire voluntati occasionem
accepit. Inferiores singuli gradus singulas ab obedientia āmoue-
bant imperfectionē: hic quasi purgatis omnibus maculis lumē san-
cte iocunditatis oībus infundit: vt clarior ꝛ pulchrior corā deo ipsa
appareat leti animi obedientia. ¶ Duodecimus ꝛ vltimus obediē
tie gradus est: si in his oībus monachus nō timore pene: nō retribu
tionis desiderio: ſ; puro dñi nr̄i Jesu xp̄i amore studuerit superiorū
suoꝝ iussa suscipere atq; implere. Cū.n. diuersa mentis intentione
possint obedientie opera fieri: perfecta esse obedientia nō potest nisi
in oībus eius actibus pura recta decens ac perfecta adsit obediētis
animi intentio: si oculus inquit dñs lucidus erit totū corpus lucidū
erit: si recta ac bona adsit animi intentio perfectum erit totū opus: si
aūt oculus tenebrosus intentio. s. peruersa: corpus totum vniuersa. s.
opera tenebrosa ꝛ imperfecta erunt. Non sufficit autē ad obediētie
perfectionē que duodecimo hoc gradu ꝯcluditur peruersas distor-
tasq; mentis intentiones āmouere: nisi oēm pariter minus perfectā
āmoueas intentionē. Sicut.n. qui vel ꝓpter humanā laudē vel pro
pter amarā aliquā emulationē que peruerse sunt mentis intentiōes
obedire ꝯtendit: satis aperte longe ab obedientie perfectione abesse
cognoscitur: ita qui vel timore pene vel retributionis desiderio q̄ im
perfecte sunt animi intentiones obediētie onera portat: duodecimū
istum perfectissimū huius virtutis gradū nō tenet. Nā sicuti nō est
perfectus cultus seruilis qui timore pene impenditur neq; mercēna
rius qui premij amore p̄statur: ſ; filialis illa dilectio que neq; penas
ꝯsiderat neq; retributionē cogitat: ſ; propter ipsum deum: deum dili
git: ita obedientis intentio si vel gehenne penā perhorrescēs vl̄ eter
ne vite gloriā ꝯcupiscens ad operandum moueatur: perfectū habe
re op⁹ nō pōt. Quia tñ paucoꝝ ac perfectissimoꝝ est nec terrore pe-
ne nec premij desiderio: ſ; puro dei amore moueri: beatus pr̄ imper
fectoꝝ ratione habere volēs puro Christi amori: quo nihil nobis ca
rius existimamus: hec duo ꝯiunxit metum. s. gehenne ꝛ eterne vite
desiderium: que licet minus perfecte nō tñ peruerse aut distorte mē-

tis intentiones sunt:propter que obedientes per inferiores oēs obe-
dientie gradus currimus. Hec aūt vltimo nos loco recitauimus que
in principio beatus pr̄ ꝓposuit:qm̄ tā in obedientie ꝙ in ceteris oīb⁹
actionibus intentio primū semper in mente locum tenet:licet in ope
vltimum ꝯtinue locum inueniat:ꝛ nisi mentis firmetur prius intētio.
nulla vnꝙ prouenit operatio. Qui igitur ad obedientie opera nos
excitare intendebat animi intentionem anteposuit:hoc aūt loco vbi
gradatim per obedientie opera quasi ꝑ quandā exercitationē trans-
currimus intentio ꝛ finis quo tandē per eadem opera nitimur per-
uenire vltimum non incongrue locum tenet: vt ex intentione que
operibus semper formā imponit:vltimus obedientie gradus suā sor-
tiatur pfectionem. Hos igitur sancte obedientie gradus nō a nobis
inuentos sꝫ a sanctissimo pr̄e Benedicto: sub quadā verboꝝ breui-
tate oībus monasticā vitam sectantibus prepositos debent eremite
semp ante oculos habere ꝛ nunꝙ sibi satis esse putare: nisi ad istius
scale culmē ad scē.s.obedientie pfectā virtutē deo auxiliāte puenerit.

¶ De humilitate sectanda. Cap. xiij.

Humilitatis preterea eremite valde studiosi esse debent: pro-
pterea ꝙ sicut ex radice superbie cuncta vitia pullulant:ita so
lēt ex semine humilitatis reliq̄ue oēs virtutes subcrescere:ꝛ sane vbi
laudabilior vita esse videtur:ibi sepius superbia insidiari solet:quos
enim nequit aduersarius manifestis enormibus alijs vitijs macula
re eos de bonoꝝ opeꝝ superbia nititur eleuare vt in precipitium ar-
rogātie atqꝫ vane elationis deijcere miserius valeat. Ideo ante oīa
debent se ab omni superbie fastu custodire eremite:ne pharisei mo-
re seipsos vl̄ in particulari vl̄ in cōi extollant:alios autē publicanos
existiment:bonum erit illis sꝫ ō alijs religiosis atqꝫ religionib⁹ semp
bene sentire ꝛ honorifice loq̄ studuerint oēm declinando cōparatio-
nem:q̄ sine supbie nota vix vnꝙ fieri pōt:studeant nunꝙ nisi necessi
tatis aut edificationis cā eremiticas narrare obseruantias: viliora
abiectioraqꝫ humilitatis studio libenter sectentur exercitia:de vesti
mentoꝝ vilitate potiusꝙ de preciositate letentur. Nouerint preterea
quicunqꝫ eremitice vite propositum arripuerint si nō ignauie ꝛ desi-
die sectāde:sꝫ humilitatis puritas ꝯseruande affectu sacros ordines
ꝛ sacerdotij dignitatem declinare voluerint:si prelature nō laborem
sed quod ipsaꝫ cōmittatur piculum potius puro humilitatis amore

euitare ɔcupiuerint: aplícis priuilegijs decretum esse: vt nullus oïno neqꝫ clausus neqꝫ apertus eremita per aliquē prelatum aut capl'us possit ad sacros aliquos ordines aut prelaturas in eremo vel extra eremuꝫ aut ad visitationis munus astringi: ꝛ vt nullo ɔsciētie onere pregrauetur eremita qui ad huiusmodi vocatus assentire recusane rit. Hec autē ipsa humili potius excusatione vere seruande humilitatis gratia studeant declinare ꝙ superba libertatis ceruice recusare: modestisqꝫ potius precibus ne sibi imperētur curent impetrare: ꝙ si imperata fuerint obstinata mēte sub priuilegiorꝫ pretextuꝫ reijcere audeant: cuꝫ sepius vt sancti testantur auctores de neglecta dignitate ꝛ de vaneglorie ɔtēptu maiori superbie fastu ꝙ multi solent vanius gloriari. Tunc.n. vere humiles erunt cum in his etiā in qbus apostolica iussione liberi esse videntur: humiliatis amore obedientie superiorꝫ se submittere non recusabunt: nā tunc quideꝫ vera humilitas est cum ab obediētia nō recedit: neqꝫ certe vnꝙ pura humilitas a plena obedientia est aliena. Sunt.n. he virtutes germane ꝛ se semper inuicem ɔsequuntur: hec auteꝫ sic dicta intelligantur: vt in nullo apostolici priuilegij frangatur auctoritas: sed vt vere humilitatis virtus qualis esse debeat ostendatur.

¶ De significanda hora operis dei. Cap. xiiij.

Quoniam diuino operi nihil penitus preponendum est: vt ex beatissimi p̄ris Benedicti Regula intelligere satis euidenter possumus: ideo ante oïa precipua semp cura ꝛ vigilantia maior ac ceteri studeāt eremite: vt diuini operis: hora: die: noctuqꝫ regulari ꝛ ɔgruo tēpore ordinate significetur. Hoc enim precipuum obsequium est quod religiosi oēs dn̄o deuote persoluere tenenƭ. Et si iuxta debitā ɔsiderationē rōnis oïbus diebus anni ɔgruo ꝛ cōpetenti tempore: seruato iuste moderationis ordine: operis dei hora nuntiabitur: tū hoc ipsum singulare seruitutis n̄re obsequium suo tempore decentius illi dn̄o impendemus: cui inordinatū nihil multum placere posse credimus: tū etiā cetera oïa diei ac noctis opera totiusqꝫ vite munera cōpetentibus ꝛ ɔgruis horis suo queqꝫ tempore peragentur: si vero: quod absit: in significanda hora operis dei decens ac cōgruus nō seruabitur ordo: tunc ꝛ orationis ꝛ refectionis ꝛ dormitionis ꝛ cuiuscunqꝫ spiritualis ac tēporalis operis congrua ac decens hora seruari nō poterit: ꝛ oïa vite munera ɔfundentur. Sed ꝛ illud

quod

qđ deterius valde videtur timendū erit:ne in diuini sermonis maledictionē incurram⁹:maledictus enī homo: ait ꝓpheta: qui opus dei negligenter siue vt alia habet littera:qđ idē certe est:fraudulēter facit. q̄squis enī negligenter ꝛ nō suo tempore debitū seruitutis sue domino impendit fraudulenter agit. fraudis enī rei non illi solū habendi sunt qui debita non psoluūt: sed illi quoq3 qui debito tempore que debent domino non impendūt. ¶ Igitur vt qualiter quo ordine ac tempore quelibet significanda sit hora operis dei statuam⁹ ante alia id atēdatur vt sicut ab eremi cōstructione vsq3 ad hec tempora sēper fuit:ita futuris omnib⁹ tempori⁹ vnica sit semp ad significandū horas opis dei campana. illos.n.supuacuos multaru3 diuersarūq3 simul campanar̄ sonitus qui ī ciuitatib⁹ forte ad secularium hominū deuotionē excitandā aut frequentiā euocandā a cenobitis tollerantur:tanq̄ eremitice quieti ꝛ puritati valde nimium ɔtrarios ab eremo esse penitus semouendos alij ante nos eremitice vite instituores apertissime diffinierunt. Necq3 etiā cuiusuis solemnitatis occasione vnq̄ permittatur vt ad significādam aliquā diei vel noctis horā operis dei vltra bis campana pulsetur: excepto die in quo beatissimi patris Romualdi felix ad dn̄m transitus celebratur:quo die liceat ad vtrasq3 vesperas pariter ꝛ ad tertiā significandā ter ꝛ non pluries cāpana pulsari ceteris oībus diebus plura q̄ duo signa ad significandā quancunq3 operis dei horā nunq̄ fieri possint. Mos ē. enim ad oēs horas operis dei qn̄ fratres in cellis resident duobus signis eos ad ecclesiā ɔuocare: vltima diei hora.i.hora cōpletorij excepta:ad quā celebrandā vnico tantū signo semp euocant̄. Cū vero existentibus in choro fratrib⁹ post quālibet horā operis dei alia debet hora celebrari vnico tm̄ signo ea que sequitur hora significat̄ excepto tēpore quadragesimali:in quo ad significandā horā vesperaꝝ q̄uis fratres in choro existant duo fieri signa ɔsueuerunt. ¶ Hoc autē ordine operis dei hore de more peraguntur: vt post nocturnas vigilias nullo nisi vnius que tacite dicit̄ oṙonis dn̄ice facto interuallo fratribus de choro minime exeūtibus matutine laudes oī tēpore peragantur:licet.n.iuxta regule dispositionē hyemali tempore lōgū: estiuo vero breue a vigilijs nocturnis ad matutinas laudes esset faciendū aliqn̄ interuallū:vsum tn̄ in ɔtrarium ideo preualuisse credēdum est quia graue videbatur sub diuo inter niues ꝛ pluuias ac fri

gidioris aeris intemperiem bis in nocte ex cellulis ad ecclesiā ⁊ ab ecclesia ad cellas accedere. Prima hora singulariter semp ⁊ sola significatur ⁊ dicitur: post quā nulla hora sequitur: sꝫ oībus anni tēporibus exceptis illis sancte quadragesime diebus: in quibus statim post primā psalmi penitentiales cū letanijs dicūtur: dicta prima ex martyrologio sequentis diei sanctoꝝ natalitia pronunciantur ⁊ illa diuini operis pars q̄ incipit pretiosa in ꝯspectu dñi mors sanctoꝝ eiꝰ psoluitur: que opis dei pars qñ post primā penitentiales psalmi dicuntur post sextā peragitur. Tertie vero sexte ⁊ none hore officium hoc ordine celebratur a sancto pascha vsqꝫ ad idus septēbris post tertiā statim missaꝝ solemnia celebrantur: quibus expletis fratribꝰ in choro permanentibus sexta peragitur ⁊ facto postmodū cōgruo interuallo aū corporalē refectionē si dies ieiunij sit: aut post corporalē cibi ⁊ somni refectionē si dies gemine sit refectionis nona singulariter ⁊ sola significatur ⁊ peragitur. Ab idibꝰ vero septembris vsqꝫ ad secundā feriā post primā dñicā quadragesime post tertiā statim sexta peragitur missa celebratur ⁊ permanentibus in choro fratribꝰ nona significatur ⁊ dicitur: ab ea autē feria vsqꝫ ad scūm pasca post tertiā statim nō exeuntibus de ecclesia fratribus sexta ⁊ significat̄ ⁊ peragitur: ⁊ eo tēpore post sextā ex martyrologio sanctoꝝ natalitia pronunciātur ⁊ ea diuini offitij pars q̄ incipit pretiosa: de more agit̄ quibus peractis ad cellas fratres reuertuntur: ⁊ ꝯgruo facto interuallo nona hora significatur: qua peracta missa celebratur ⁊ sacris missaꝝ mysterijs explectis statim fratribus in choro permanētibꝰ vespertina hora operis dei significatur ⁊ dicitur: dñicis tū diebus oībus anni temporibus statim post tertiā missaꝝ mysteria celebrātur ⁊ illis perfectis nō exeūtibus fratribus de ecclesia sexte hore oratio persoluitur inde ad cellas redeuntes corporali necessitati satisfaciūt ⁊ debito facto interuallo nona hora significatur ⁊ singulariter ac sola dicit̄. Uespertina aūt diuini operis pars exceptis illis diebus sancte quadragesime in quibus post none ⁊ misse celebrationē peragit̄ ceteris anni temporibus semper sua hora singulariter ⁊ sola significatur ⁊ ꝯueniētibus ad eam de more in choro fratribus peragitur: qua expleta illis diebus in quibus mortuoꝝ cōmemoratio fieri ꝯsueuit vespertina pro mortuis sinaxis celebratur exceptis quadragesime diebus: in quibus vespertina pro mortuis oratio nō statim post

vesperas: sed postmodum cum ad lectionem et completorium vocati fuerint fratres ante lectionem ac completorium hec pro mortuis oratio persoluitur. Completo
Ea vero operis dei pars que completorium appellatur suo tempore semper singulariter et sola significatur atque peragitur. Quam tamen semper lectio collationum iuxta sancte regule ordinationem precedit: et diebus in quibus communis pro mortuis oratio fieri debet vigilie et laudes pro mortuis eandem completorij horam subsequuntur. ¶ His sic dispositis nunc quo diei seu noctis tempore quelibet hora operis dei significanda sit dicendum est. Qua hora ... canonica ... nda.
Nocturne igitur vigilie: vt ab ipsis incipiamus: ab idibus septembris vsque ad calendas nouembris septima hora nuntiande sunt. A predictis vero calendis nouembris vsque ad principium quadragesime semper octaua hora significentur: excepta dominice natiuitatis nocte: in qua sexta hora significanda sunt vt expletis nocturnis vigilijs antequam matutine laudes peragantur circa mediam noctem possint sacra missarum solemnia de more celebrari. A principio vero quadragesime iterum hora septima incipiunt significari: et declinando paulatim ad sextam vsque ad sanctum pasca deuenitur. Hoc tamen toto tempore quod continui ieiunij est ea nocte que dominicam diem subsequitur propter cenam que dominicis diebus summitur vt magis digesti surgant predicte nocturne vigilie vna hora tardius quam ceteris diebus significande sunt. A pasca autem sexta hora incipiant significari et iuxta noctium decrementa paulatim ad quintam declinando vsque ad pentecostem deueniatur: ab ea autem die vsque ad calendas augusti quinta: a predictis autem calendis vsque ad idus septembris iterum sexta paulatim vsque ad septimam ascendendo nocturne ipse vigilie significande sunt. Illud quoque de regula diligenter obseruetur vt dominicis diebus temporius surgant ad vigilias quia eiusdem noctis vigilie et longiores aliquantulum quam ceteris noctibus habentur et maiori sunt reuerentia ac moderatione celebrande.
¶ Prima hora ab idibus septembris vsque ad calendas nouembris oriente sole aut iuxta noctium incrementa parum ante. A predictis vero calendis vsque ad caput quadragesime incipiente illucescere diei nuntia aurora in ipso scilicet diei crepusculo. A principio vero quadragesime vsque ad predictas idus ipso oriente sole apparereque incipiente semper significari debet. ¶ Tertia vero sexta et nona hoc ordine significentur. Ab idibus septembris vsque ad initium quadragesime tertia tali hora significetur: vt absoluta: tertia: sexta: missa: et nona: que hoc

tempore absq3 vllo interuallo simul peraguntur sit hora corporalis refectionis que circa meridiẽ sumitur:tẽpus.n.ieiunij est: i dñicis tñ diebus in quib⁹ refectio geminaꝛ:dicta prima hora ꝛ absoluta missa matutinali que statim post primã horã celebratur modico facto interuallo tertia significanda est:vt ea pacta:missaq3 statim celebrata:ꝛ post missam sexta decantata possint fratres ad prandij refectionem accedere:post prandiũ nonã ꝯgruo tẽpore celebratur: in quadragesima autẽ prima hora absoluta ꝛ prima missa celebrata fiat vnius hore interuallũ:ꝛ post illud tertia significetur. A pasca vero vsq3 ad idus septẽbris si dies gemine refectionis erit post prime hore absolutionem facto vnius hore interuallo tertia est significanda: si vero ieiunij dies erit post missam matutinalẽ vnius mensurate hore fiat interuallum ꝛ postea tertia significetur. De sexta nunc hora dicendum esset quo sit tempore nuntianda:s3 quã hec hora semp vel statim post tertiã vel statim post missam fratribus in choro permanentibus celebratur:ideo de ea nihil habemus dicere nisi vt tunc significetur cum iã dicenda est.i.pax antequã dici incipiatur. Nona ab idibus septembris vsq3 ad principiũ quadragesime ꝯtinue post tertiã:sextã:ꝛ missa3 fratribus de choro non exeuntibus celebratur: ꝛ ideo eo tẽpore sicut de sexta diximꝰ sufficit vt significetur pax ante quã dici incipiatur. Per totam aũt quadragesimã eo tempore nona significanda est vt ipsa absoluta:missaq3 celebrata ꝛ vespertina hora que post missam statim tũc temporis dicitur peracta: tempus sit corporalis refectionis que propter solemne ieiuniũ in ipso diei meridie ꝛ non ante sumenda est. A pasca vero vsq3 ad idus septembris: si dies gemine refectionis sit post corporalẽ refectionem postq3 meridianam dormitione3 in ipso meridie vel pax meridie transacto significetur:si vero ieiunij dies sit ea diei hora ipsa nona anuntianda est vt nona absoluta tempus sit corporalis sumende refectionis que circa meridiem vel modicum quid ante meridiem sumuni ꝯsueuit. In dñicis aũt diebus in quibus omni anni tempore gemina fratribus refectio corporalis ministratur semper nona post corporale3 refectionem ꝛ post meridianam dormitionem si tempus dormitionis est significaꝛ. Vespertina sinaxis in estate idest a sancto pasca vsq3 ad idus septembris diebus gemine refectionis hora diei vigesima in hyeme aũt.i.ab idibus septembris vsq3 ad sanctu3 pasca: et illis

per estatem dieb⁹ quib⁹ ieiunatur vigesima prima diei hora eodē mō semp significet exceptis dieb⁹ q̄dragesime i qb⁹ q̄m post missā stati fratrib⁹ i choro pmanentib⁹ celebraſ tūc erit significāda cum sacerdos q missam celebrat iā sacrū dominicū corp⁹ assūpserit. Cō pletorium oib⁹ anni temporib⁹ circa vigesimā tertiā diei horam si gnificandū erit: ea adhibita consideratione vt illis dieb⁹ i quib⁹ vel stati aū cōpletoriū vl' post imediate p mortuis officiū celebraſ tan to temporius seu citius cōpletorium significetur quanto illud qd̄ pro mortuis dicendū officiū est plus minusue temporis occupare posse iudicabitur. ¶ Restat nunc vt quot ꝛ q̄ plixa vniuscuiusq; hore signa futura sint ꝛ q̄ longum inter ipsa signa interuallū exponam⁹. Nocturne vigilie duobus signis nuntiantur: quoꝝ primū per quar tū vnius mensurate hore spatiū ad summū hyemis tēpore ptendi potest: estate aliquantulū breuius esse debet: ex hoc ad secundū tm̄ sit interuallū quantum quis moderate dicēdo bis quinquagesimū psalmū. i. miserere mei deus persolueret: post qd̄ interuallū statim secundū fieri signū debet qui longior nō sit q̄ quantū sufficit mode rate dicenti ad psalmū centesimū duodecimū. i. laudate pueri dn̄m persoluendū. Matutine laudes vnico signo siue festiuū siue feriale offitiū agat semper significentur qd̄ per spatiū eiusdē centesimi duo decimi psalmi ꝛ nō amplius protendi debet. Prima operis dei ho ra duobus signis solet annuntiari: quoꝝ primū bis moderate dicen di quinquagesimi psalmi tempus occupat: ꝛ facto interuallo duplo longiore. i. quantū quis eundē psalmū quater exsolueret: secundum sequitur signū quod quater similiter dicendi predictum psalmum tempus ꝛ nō amplius occupare debet. Tertia duobus signis semp significetur: quoꝝ primū quantum quis quinquagesimum psalmū semel dicere posset ptēditur: ꝛ facto duplo interuallo. i. bis eundem psalmū dicendi spatio interposito: secundū fieri signū debet qd̄ qua ter eundē dicendi psalmū tēpus occupet ꝛ longius non protēdatur. Sexta omnibus anni tēporibus vnico signo q̄m semper fratres in choro existunt significatur: illud q; nihilo longius esse debet q̄ tēp⁹ i quo centesimū duodecimū persoluere psalmū possumus. Nona in hyeme quando fratribus in ecclesia existentibus dicenda est vnico signo quod semel dicendi quinquagesimi psalmi tempus occupet si gnificari solet: in estate vero vel illis per hyemē diebus quibus ex

Quantum c... [illegible] hora [illegible]

quod. long[illegible]

[illegible]

cellul:s ad ecclesiam ad nonā peragendā fratres vocandi sunt duo bus signis annūtiatur:quoꝝ primū si merediana precessit dormitio bis morose dicendi quinquagesimū psalmū tempus perduret: si vo dormitio nō precessit dimidio breui⁹ esse debet:id est nō vltra semel eundē psalmū dicendi tempus occupare:fiat vtroqꝫ tēpore ter eundē psoluendi psalmū interuallū:ꝛ statim secundū pulsetur signū qđ tātuꝫ ꝑtēdi possit quantū quis morose ꝛ distincte quater eūdē quinquagesimum psalmum percurreret. Uespertina hora operis dei semper duobus signis nuntiatur:quoꝝ vtrūqꝫ si fratres in choro iā existunt vt tempore quadragesime tātū durat quantū quis psalmū centesimū duodecimū dicere posset ꝛ modicū inter vtrunqꝫ sufficit interuallū:si vero singulariter nuntianda est ꝛ fratres ad ecclesiam sunt ꝯuocandi:primū semel secundū quater morose valde dicēdi qn quagesimi psalmi tempus habeat:interuallū quantū ter dici idem psalmus possit protendatur:omnibus tēporibus illud obseruetur:vt solemnibus diebus vespertine sinaxis signa ꝛ interualla aliquantulū sit longiora:precipue in beatissimi pr̄is Romualdi solemnitate in qua etiā tria fieri signa permissum est. Completorium vnico semper signo nuntiatur illudqꝫ quater morose ꝛ distincte dicendi quinquagesimi psalmi tempus durare ꝛ nō amplius debet:post lectionē collationū quasi secundū cōpletorij signū campanula in choro tanto tēpore pulsatur quanto quis semel dominicā diceret orationē. Dū missa maior q̄ ideo quia ad eā oēs ꝯueniunt ꝯuentualis dr̄:ꝛ pariter dū missa matutinalis celebratur qn̄ sanctus sanctus sanctus dicit̄: ꝛ qn̄ corpus dn̄icū ꝛ calix sanguinis dn̄i eleuat̄ signū fieri ꝯsueuit: quoꝝ quodlibet nō ampli⁹ durare debet ꝙ quantū quis angelicā ad virginē salutationē diceret:sꝫ ꝛ anteq̄ ipsa matutinalis missa incipiat celebrari breue admodū signū fieri debet. In solēnitatibus maiorib⁹ cū in ea quā cōuentualē appellauimus missa Gloria in excelsis deo dicitur per spatium bis dn̄ice dicende orationis vnicū fieri signū ꝯsueuit. Qn̄ fieri debent prioꝝ eremi fratrū ve eremitaꝝ nec nō parētū aniuersaria ꝛ qn̄ pariter solennis vniuersalis facienda est fideliū defunctoꝝ cōmemoratio die precedenti explectis oībus .cū iā nullus aliud signum faciendum est: tria ad vesperascente die signa fiant: quoꝝ quodlibet tātū protendat̄ quantū quis psalmum dicere quinquagesimū posset:facto iter quodlibꝫ coꝝ:semel dicēde dn̄ice ōonis

interuallo aut paꝝ amplꝰ. In sepultura quoqȝ defuncti fratris q in cremo sepeliendus sit dum corpus ad ecclesiā defertur tria signa fi antiquoꝝ primum ⁊ secundum tm̄ ꝑtendatur quantum protendi cō pletorij signum ꝯsueuit tercium nō finiatur nisi cuȝ corpus in ecclia fuerit collocatum:⁊ iteꝝ cū ꝓ anima illius fuerit missa celebrata tria signa breuia fiant cum modico inter eoꝝ quodlȝ interuallo:⁊ demuȝ dum sepulture explectis exequijs traditur vsquequo oīa pacta fuerint vnum ꝯtinuum signum fiat. Quotiēs etiā vel pro defunctis vel alia quauis occasione ꝓcessio fit:que tm̄ raro fieri ꝯsueuit:vnū signū fieri debet a principio vsqȝ ad finē ꝓcessionis duratuꝝ. His omnibꝰ de significanda hora opis dei sic dispositis satis ꝯsequēs esset quātū quelibȝ diuini offitij hora durare debeat declarare:sed satis esse existimamus si nocturne sinaxis mēsurā exponemus: ex ea enim quātum quelȝ alia operis dei pars ꝑtendi debeat facile poterit iudicari igitur a primo nocturnaꝝ vigiliaꝝ signo incipiente vsqȝ ad ꝯsumationē nocturne illꝰ vigilie ⁊ laudū q̄ in honorē beate virginis dicunt vna hora vel modicum amplius percurrere solet. Regularis vero officij quod statim sequitur nocturne vigilie ⁊ matutine laudes qn̄ duodecim legūtur lectiones circa duas horas paꝝ.s. minꝰ aut paꝝ plus durare solent:si vero vnica vt in estate frequēter euenit vl' tres vt in estate aliquando in hyeme sepius leguntur lectiones a ꝯsumatione laudū q̄ ꝓ beatissime virginis reuerētia dicunt vsqȝ ad totius nocturne sinaxis ꝯsumationem vna hora cū dimidia ꝑcurrere solet: hoc semp ſuato ꝙ in estate qn̄ breuiores sunt noctes oīa aliquātulū citꝰ ꝙ̄ in hyeme pagūtur:q̄ nocturne sinaxis mensura vt ex antiqssima in eremo ꝯsuetudine seruatur ita imposteꝝ inuiolabiliter obseruari debet. Ex qua facile est intelligere ꝙ̄tuȝ quelibet hora operis dei per diē durare debeat:si.n.ea quā diximus in nocte mensura seruabitur:⁊ eodē vocis moderamine diurne operis dei hore peragentur:singule nō debitā habere mensurā nō poterunt.

Ad opus dei qualiter accedere ⁊ stare debeāt eremite. Cap.xv.

Ad horā quālibet diuini offitij scē Regule ordinationi obediētes mox vt primū auditū fuerit signū relictis oibꝰ q̄libet fuerint in manibus eremite oēs:exceptis reclusis aut forte infirmis fratribus:cū summa festinatione aut ad ecclesiā occurrāt: ꝯgrua tamē seruata grauitate aut se preparent vt mox incohoante secundo signo

oportune occurrere possint: ꝛ nō illi solū q diuinū offitiū persoluere tenentur: sed ꝯuersi quoqꝫ fratres ad illud audiendū pariter occurrant: q̄uis.n. eremitaꝝ celle ꝛ ab inuicē seiūcte ꝛ ab oratorio seu ecclesia seperate sint: mos tñ est: sempqꝫ ab ipsa eremi ꝯstructiōe fuit vt die ac nocte ad singulas canonicas horas persoluendas eremite oēs simul in cōi oratorio ꝯgregentur. Neqꝫ propter aliā q̄uis occupationē ab aliqua diei aut noctis hora operis dei cuiꝙ̄ abesse licet: nisi rationabili aliqua de causa petita prius ꝛ īpetrata a maiori speciali licentia: non propter aliquod opus qd̄ etiā necessariuꝫ videatur nō propter quodcunqꝫ etiā cōis vtilitatis ministeriuꝫ debet quis ad opus dei aut tardius occurrere: aut quod grauius esset: nō ꝯuenire: nō retardet aliquē frigidioris aeris ac hyemis seuitia: nō imbriū vehementia: nō niuiū descensus. tunc.n. apud dn̄m copiosior merces acquiritur: cū hec oīa Christi amore libenter ferētes ampliori labore ad laudandū deū creatorē in domo scā eius vnanimiter ꝯgregantur. q̄ si pulsato vltimo signo ad nocturnas vigilias: aut ad horam operis dei primā nec nō tpe meridiane dormitionis ad horam nonā aliquis eremita seu monachus seu ꝯuersus nō occurrerit tunc iuxta laudabilē eremi ꝯsuetudinē maior aut ille cui hoc ipse iniunxerit alicui ex ꝯuersis fratribus cōmittat: vt celeri ꝛ honesto gressu ad cellā illius fratris accedat: vt si forte dormiens signū nō audierit illum a somno excitare ꝛ ad diuinum offitium cōuocare studeat: aut si forte inopinatus alicuius infirmitatis casus illi accidisset: in cella illius si vterqꝫ coꝝ sic opus esse iudicauerit absqꝫ alia benedictione libere ingrediatur: ꝛ quodcunqꝫ poterit infirmo fratri vl' remediū adhibeat vel prebeat ministerium: ꝛ postea ad choꝝ reuersus maiori illius fratris infirmitatē aut necessitatē indicet: vt eadē hora: si res sic exigat: possint ꝯgrua illi remedia aut solatia ministrari. Aliter nisi inevitabilis necessitas id exposcat aut scādalum aliqd̄ alicuius momēti timeatur: maiori vel fratri alicui in choro existenti nullū nuntium nulla littera vnꝙ̄ deferatur: neqꝫ ꝓ quacunqꝫ etiā q̄ valde necessaria videri possit occasione aliquis extra choꝝ maiore incōsulto euocet: sꝫ quecunqꝫ ingruerit oportunitas differatur donec diuini offitij hora fuerit absoluta: nihil.n. diuino operi ꝑponendū est: neqꝫ quicquā magis necessarium videri debet q̄ ceteris oībus posthabitis debitum seruitutis sue dn̄o impendere obsequiū. propterea diebus illis

quibus rasura sit nullus aut remanere extra choꝝ aut de choro exi re propter rasure occasionē presumat:sꝫ horis quibus diuinuꝫ offm̄ erit persoluendum ↄuersi fratres radanī qui tale diuinum persolue re offitium nō tenentur:ne propter tā vile corporis ministerium pre cipuum diuine seruitutis obsequiuꝫ dimittatur aut ↄturbetur. At si quis forte pro quauis infirmitate aut vrgēti valde nimis occupatio ne extra choꝝ per aliquā diei vel noctis diuini operis horā manere sibi necessarium iudicauerit:procuret vt cum preuia maioris bene dictione hoc ipsum faciat:ipse vero maior summope caueat ne pro quauis occasione:infirmitatis cā excepta:manēdi extra choꝝ alicuī facile licentiā prebeat. Que aūt illi qui sine maioris preuia benedi ctione nisi infirmitate grauatus per aliquā diuini operis horā extra choꝝ permanserit penitentia iniungenda sit nō hoc loco sꝫ vbi cete rarum oīum trāsgressionum penitentie statuētur aperte dicet. Qui vero ad diuinum quidē offitium:sed tarde occurrerit:idest post glo riā primi psalmi alicuius hore aduenerit iuxta regule dispositionem ad locum suum in choro nō accedat sed facta ante altare humili ge nuflexione extra choꝝ ex eo latere quo stare in choro solitus est tam diu maneat profunde inclinatus donec maior signum illi fecerit vt choꝝ ingrediatur:ꝛ tunc si ex pura negligentia tarditas eius proces serit:quod ipsi fratri iudicandum relinquitur:nō ad suum sed ad vl timum oīum in choro locū accedat:ibi permansurus vsquequo iteꝝ maior signū fecerit vt ad locum suum vadat:si vero tarditatē suam ex aliqua occasione aliqualē excusationis speciem habente processisse ipse iudicauerit:cum maior primum signum fecerit ꝛ choꝝ ingredia tur ꝛ ad suum locum accedat. Primum aūt hoc loco nocturnaꝝ vi giliaꝝ psalmum vt in regula dicitur intelligimus psalmū nonagesi mum quartū qui cū inuitatorio dicit:si quis aūt tarde quidē idest in cepto iā diuino offitio ante tū gloriā primi psalmi occurrerit:nō ege bit nisi vt ad altare accedat:ꝛ humili facta genuflexione absq̧ hoc ꝙ extra choꝝ signū aliquod expectet: maiori adhibita reuerentia:ꝛ choꝝ ingrediatur ꝛ ad locum suū accedat. Sane ꝛ illud diligēter ob seruent vt ex cellulis ad ecclesiā ꝛ ab ecclesia ad cellas professi oēs monachi cum cucullā ↄuersi cum sue professionis habitu nouitij cū suis pallijs accedāt nec aliquis professus eremita aut siquis forte hospes aderit cenobita diuini operis hora sine cucullā aut nouitijs

Rasura
Penitentia tarde venientium ad offic.
Qualiter … [illegible]

sine pallio chorum ingredi aut ibidem stare presumat: conversi quoque fratres sine suo vel professionis vel probationis habitu neque chorum monachorum ingredi neque in suo inferiori choro stare audeant. Illud quoque quod de non admittendo in choro dum divinum persolvitur offitium aliquo preter eos religiosos qui beati Benedicti regulam professi sub regulari vivunt observantia: aut illos qui ad arripiendam eremiticam vitam accessissent claraue aliqua excellentiaque virtute aut morum nobilitate fulgeret iam institutum est: diligentia precipua observetur: quod si quis forte ea hora in choro extiterit vel ingredi chorum voluerit: sacrista quanta maiori poterit verborum servata modestia illi indicet ut in inferiorem ecclesie partem vadat: quia illi in choro manere non licet. Et quoniam exterioris hominis erga ea que ad deum pertinent cultus et reverentia ad interiorem mentis erga ipsum creatorem deum reverentiam et honorem conferre plurimum consuevit: ideo satis condecens ac pene necessarium est: ut eremite si mente deo devoti esse cupiunt exterius in omnibus et precipue in choro et in opere dei summa stare reverentia et debitas ordinatasque cerimonias studeant observare. Igitur quoties ecclesiam ingrediuntur aut egrediuntur aqua benedicta que ad ecclesie hostij valuas de more teneri ab omnibus consuevit sese aspergere non omittant. Chorum nisi toto capite discoperto etiam hyemis tempore nunquam ingrediantur et cum ad medium chori pervenerint sive ingredientes sive egredientes semper contra altare profunde et reverenter inclinent. Ad nocturnas vigilias accedentes ultra hec in ipso limine hostij quo chorum ingrediuntur humiliter genuflectant dicentes introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo domine: inde prope altare accedentes non in gradibus sed in ipso ecclesie pavimento genibus flexis ter dicant deus propitius esto mihi peccatori: et inde dominicam orationem angelicam salutationem et apostolorum symbolum sub silentio devote persolvant et his peractis ad suam quisque sedem in chorum accedat genibus flexis et versis ad altare vultibus ad eam et ad ceteras omnes operis dei horas permansuri donec secundum signum pulsari incipiat in cuius signi initio pariter surgentes versi sint vultibus ad altare quousque expleto signo maior leviter manu sedes pulsans signum fecerit: tunc omnes vel profunde inclinati vel genuflexi prout divini offitij ordo exposcerit ante vigilias nocturnas iterum orationem dominicam et apostolorum symbolum sub silentio dicant: ante alias omnes horas solam dominicam orationem pari

modo persoluant. Quibus expletis iterum ad maioris signū omnes erigātur ⁊ versis ad altare vultibus per ebdomadarium sacerdotē vel per maiorē in solemnitatibus ad nocturnas vigilias ad tertiam ⁊ vesperas diuinum officiū incboetur in cuius principio ad quaslibet horas sanctissime crucis signo vnusquisqꝫ se studeat munire. Dum vero persoluitur .i. dum hymni: psalmi: cantica: antiphone: capitula: responsoria: versiculi: ⁊ cetera oīa dicuntur: de quibus aliter non erit institutum erecti stare oēs debent chorus versus choꝝ facies habentes. Neqꝫ vnꝗ̄ debent renibus aut brachijs sedib⁹ inniti aut vt vulgariter dicit̄ apodiari nisi forte qs debilis valde aut defessus fuerit cui ad nocturnas regularis offitij vigilias que ceteris horis longiores sunt non ꝯtinue: sꝫ per aliqua interualla inniti sedibus permittitur: nō tñ ita vt quod debilibus ⁊ fessis debita discretione ꝯceditur hi qui validiores sunt in exemplum trahant: ⁊ quod infirmis ex debito indulgetur sani in preuaricationē vsurpēt. Ad offitium tñ quod pro mortuis ordinatis statutisqꝫ diebus persoluitur sedibus inniti ⁊ apodiari volētibus permittitur vsqꝫ ad laudate dñm de celis in laudibus ⁊ ad magnificat in vesperis. Quādo in nocturnis vigilijs lectiones legēde sunt data a maiori benedictione dimissis sedilibus oēs sedeant vsqꝫ ad gloriā que in vniuscuiusqꝫ vigilie vltime lectionis responsorio dicitur: quā duꝫ ille qui responsoria profert dicere incipit: vt regule docet auctoritas mox oēs cuꝫ reuerētia surgant. Illud cuꝫ magna cautela attendentes vt sedilia ita leuiter ⁊ circunspecte deponere ⁊ eleuare assuescant vt nullus coꝝ sonitus aut strepitus audiatur. Similiter quādo ad horā operis dei primā regule aut ꝯstitutionum ⁊ ante cōpletorium collationum lectio legēda est oēs pariter sedeāt. Illud semꝑ ⁊ vbiqꝫ obseruantes ne aliqs prorsus ante maiorē: aut iuniores ante seniores sedeant siue in choro siue in capl'o siue alibi ꝯsedendum sit: alias nunꝗ̄ in choro sedēdum est: sꝫ ad alia oīa semꝑ aut erecti stare aut genibus flexis aut profunde inclinati permanere debent pro exigentia partis opis dei q̄ tunc persoluitur. Qñ erecti stant semper chorus versus choꝝ facies habeant excepto dū quelibꝫ hora operis dei inchoatur vsqꝫ ad primum gloria: dum psalmus nonagesimus quartus cū inuitatorio dicitur: dum euangelium in nocte legitur in his enim versis ad altare uultibus oēs oportet stare: ⁊ dum aliquis solus capitula: responso

ria breuia: versiculos: orões: aut offitij beatissime virginis lectiões pronuntiat quia tunc ipse solus versus altare faciẽ ꝯuertere debet. Qñ aũt genua flectunt: excepto illo tẽpore quo vt diximus expectãt secundum diuini offitij signum: quo versis ad altare vultibus manent: semper chorus versus choꝝ facies habere debent. Genua aũt flectere habent diebus quibus feriale offitium agitur in regulari offitio semper qñ vel sub silentio vł clara voce dñica orõ: apostolorum symbolum: aut ꝯsueta cõis ꝯfessio dicitur: nec nõ qñ eiusdẽ regularis offitij aut pro mortuis seu pro benefactoribus orões ab ebdomadario sacerdote pronuntiãtur: ⁊ quoties in quadragesima ad horã operis dei primam vel aliter qñcunq; in choro letanie dicuntur. Alijs vero oibus diebus ad hec ipsa que diximus nõ genua flectunt: sꝫ stãtes in sedibus suis humiliter ⁊ ꝓfunde pariformiter oẽs se inclinare debent: qꝺ etiam semp duz gloria patri aut simile quid in fine hymnoꝝ in summe trinitatis honorẽ dicitur: quando dñi nostri Jesu xp̃i aut gloriose matris eius beatissime Marie nomen profert quando in eiusdem beate virginis offitio: aut post martyrologij lectionez in cõmemorationem sanctoꝝ orationes dicuntur: aut Maria mater gratie, aut aue maris stella pronunciatur: qñ in cãtico vt dicitur ambrosiano ⁊ augustiniano: Sanctus sanctus sanctus: te ergo quesumus: fiat misericordia tua super nos: ⁊ qñ de psalmo ⁊ veniat super nos misericordia tua dñe: similiter facere non omittant. ¶ Diuina quoq; verba hanc sibi reuerentiã exigere viderẽtur vt p oẽs horas operis dei oĩa discoperto penitus capite agerentur: quia tñ humane fragilitati maxime in locis frigidioribus hoc nimis graue ac durũ visum est: precipua quedã pauca electa sunt maiori digna reuerentia que non nisi discoperto capite peragantur. Igitur dum diuini operis in die vel in nocte hora quelibet incboatur vsquequo gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto fuerit pronuntiatum: dum legitur euangelium: dum beatissime virginis Marie: zacharie: ac Simeonis ꝓphete canticum ĩ ipso euangelio: duz symbolũ Athanasij: duz Ambrosij ⁊ Augustini canticum psalluntur: dum aut clara voce aut sub silentio dñica orõ: apostoloꝝ symbolum: angelica salutatio: vel aliq̃ eius pars dicitur. Dum cõis ꝯfessio: dum cuiuscunq; diuini operis capitula aut orationes pronuntiantur: dum aue maris stella ⁊ matutinaꝝ laudum: ⁊ vesperoꝝ responsoria dicunt: in missa quoq; duz

a sacerdote eleuat: in altari habet: aut sumit sacrosanctũ xpi corpus et sanguis oes toto discopto capite esse deberet: atq; oi tpe dũ aliqs sol' aliqd in choro aut pnũtiat aut legit: ipsum similiter toto nudato esse capite oporteret: tñ humane fragilitatis et hui' eremi frigidioris aeris habita rõe satis esse credim': si in hoc loco in estate a pasca. s. vsq; ad id' septẽbris hec ipsa toto discoperto: in hyeme aũt ab idib' septẽbris vsq; ad pasca seminudato capite peragunt. Dũmodo inuiolabili obseruãtia hec impleat: vt qñ qlibz opis dei pars incboat vsq; dicta gloria: qñ euangeliũ legit: qñ sacratissimũ xpi corpus a sacerdote eleuatur et sumitur: qñ angelica salutatio simul et significat et dr: etiã hyemis tempore totũ discopertuz teneant caput. Hoc summopere in oibus attendentes: vt oẽs pariter et vniformiter oia agãt eodẽ momento: eodemq; modo oẽs simul inclinẽt genua flectant surgant pariter inchoent et vniformitatẽ per oia diligentissime studeãt obseruare: indecens. n. valde videtur in eadẽ domo ac in eodẽ choro aliquẽ singulariter etiã minimũ qd facere. Et in choro semp summũ et inuiolabile silentiũ ita obseruetur: vt nõ solũ nullũ vnq̃ in choro verbũ proferant: sed etiã ne per indecentẽ aliquẽ motũ tussim expreationẽ ositationẽ ue sonitus aut strepitus aliquis fiat diligenter caueant: maxime qñ vel totus chorus sub silentio aliqd dicit: vel vn' solus vel legit vel pronuntiat aliquid: vel sacra missaꝝ misteria celebrantur. Sed et illud pro diuini offitij reuerentia cauendũ ab oibus est ne dũ aliquid a choro sub silentio dicitur: vel manẽtibus alijs genuflexis vel inclinatis ab vno solo aliquid pronuntiat: aut sacrũ euãgelium legitur aliquis in choro ingrediatur aut egrediatur: vel per chorum aliquo modo transeat aut aliquid faciat. Neq; etiam in tẽpore quo ad opus dei stant eremite aliquis nisi illi qui aliqua dicturi sunt libros euoluere aut aliquid legere presumat. Deinũ dum finita qualibz hora operis dei ex ecclesia exituri sunt: salue regina vel alia in honorẽ et cõmemorationẽ beate virginis antiphona cũ suo versiculo et orone dicitur oẽs pariter genib' flexis et ex toto discopto capite oibus anni temporib' pmaneãt: quod pariter faciunt dũ post nocturnas vigilias: et post vltimã diei horã oibus explectis: factis tribus signis ter angelica sub silentio dicitur salutatio. Deinũ cuz qualibet diei hora oia cõplecta sunt nullus aut assurgat aut de loco suo moueatur nisi prius maior ipse surrexerit: maior vero nõ statim sur

gat ſ; ſaltē per oēs horas quantū dñica poſſit moroſe oratio ſemel ꝑ
ſolui:nocturnis vero vigilijs ꝛ vltima diei hora cōpleta aliquantu-
lu; amplius perſiſtat anteꝙ̄ ſurgat:vt breuis interim ꝑ omnes fieri
poſſit oratio.

¶ Quō diuina opera per diē ꝛ noctem peragenda ſint. Cap.xvj.

Congregati ad quaſlibet diuini operis canonicas horas in
choro fratres eremite ante oīa ſtudeāt diuinis laudibus nō
minus animo ꝙ̄ corpore aſſiſtere: ꝛ tota mentis intentione ea que ꝑ
oris miniſterium exterius ꝓferuntur interius intenta cordis cogita
tione ruminare:ſcientes ꝙ ſecundum ſanctoꝝ patꝝ doctrinā ea que
vel neceſſario pro iniuncto opere vel etiā vtiliter ꝓ deuotione in cel
la poſitus paꝝ ante vnus quiſq; licite cogitabat in choro illi cogitarē
non licet.Sic igitur ſtare ad pſallendū diligentiſſime curēt vt mēs
coꝝ cū voce ↄcordet:hoc enim eſt pſallere ſapiēter qđ per prophetā
facere admonemur.Congruus aūt ꝛ decens eremitis pſallendi ꝛ di
uini offitij perſoluendi modus ille exiſtimandus eſt: qui per oēs tu;
antiquiores tū etiā recētiores eremi ↄſtitutiōes ita prefinitus eſt: vt
contra illum pertinaciter agere intendentes ex eremo proiectos fuiſ
ſe memorie traditum ſit.Modus aūt hic eſt vt eremite in diuini of
fitij ꝛ in miſſaꝝ celebratione ſolemniſſimis etiā quibus cunq; occur
rētibus feſtiuitatibus neq; in choro neq; in caplo neq; in refectorio
vnꝙ̄ cantent:ꝛ nullam oīo operis dei partē cantando perſoluant : ſ;
abſq; oī canendi forma abſq; oī modulatione:voce neq; nimiū acu
ta neq; nimiu; graui: ſed equali plana ꝛ deuota mediocriq; penit⁹:
hilariter tamen ꝛ viriliter oīa perſoluant.Eremite enim non exultā
tis ꝛ canentis:ſed penitentis potius ac lugētis offitiū habent:ꝛ ſicut
q̄ ante nos huius eremitice vite īſtituta ediderūt in ſuis ſcriptis no
bis reliquere qui ad eremū accedunt:non ad cantandum: ſed ad lu
gendum ꝛ plorandū potius accedunt.Ideo omnis canendi modus
in eremo prohibitus intelligatur.Excepto die in quo beatiſſimi pa-
tris Romualdi ipſius eremi ac eremitice huius vite inſtitutoris fe
lix ad dñm tranſitus ſolemniter celebratur: nā eo die camaldulēſis
ↄgregationis aut ordinis cenobioꝝ prelatis ac cenobitis alijs:vt fie
ri ſolet:ad feſtum concurrentibus cantu ꝛ altiſona voce tertia miſ-
ſa ꝛ veſpere vt in cenobis fit canendo ſolemniter peragantur exiſtē-
tibus vna cū eis in choro eremitis ꝛ qui ſcierint ac voluerint cū illis

vna canētibus. Illud quoq3 maxime eremitis ꝯuenire existimam⁹: vt in hoc ipso psalendi modo non nimis celeriter aut propere: neq3 etiā nimium valde lente ⁊ tarde: sed temperate raro ⁊ morose: nūꝙ oīno inculcate aut cursim ⁊ ꝯfuse sed distincte ⁊ intelligibiliter atq3 aperte oīa persoluant: summopere cauentes vt nunꝙ vnus chorus incipiat aut vocem assumat nisi iā alter plene perfecerit ac penitus deposuerit: ⁊ in medio cuiusq3 versus debitā facere pausam nunꝙ omittant: ac quando longiores aut plures clausulas ꝯtinentes v̄sus occurrent: vltra medij versus pausam vbi come aut virgule signate erunt aliquantulū respirare ⁊ parumper subsistere nō obliuiscātur. In solemnitatibus oīb⁹ ⁊ p̄cipue qñ beate virginis hore in choro cō muniter nō persoluuntur oīa morosius aliquantulū tardius ⁊ apertius peragantur: ⁊ semper in hyeme: qm̄ noctes longiores sunt: dies aūt breuiores in nocte morosius: in die predictis exceptis solemnitatibus: citius oīa peragantur: in estate vero qm̄ dies lōgiores: noctes autem breuiores sunt in nocte oīa citius aut maturius in die omnia morosius persoluātur: habita semper crescēntis aut decrescentis diei ratione. Et omni quidem tp̄e regulare offitiū aliquātulū morosius ⁊ apertius ac clarius ꝙ illud quod in beatissime virginis honorem dicitur. Et hoc ipsum beate virginis offitiū aliquantulu3 morosius ⁊ sonorius ꝙ illud qđ pro mortuis dici ꝯsueuit: deuote tamen semp̄ vnūquodq3 ipsoꝝ ⁊ nullū cursim aut ꝯfuse neq3 sine pausis pagat. Semp oēs pariter incipiāt ex vno latere chori pariter finiant ⁊ in fine aut in medio v̄sus nemo vocē lōgi⁹ protrahat: s3 ab hoc vnusq3q3 diligenter cauere studeat. Iuniores attēdant: qua voce quo moderamine seniores psalunt ⁊ coꝝ voces precipue maioris oēs sequantur. Equali vniformiq3 quantū oī diligētia fieri potest voce omnes psallant: nemo volūtarie supra cōmunē psallendi formā aut supra alioꝝ in choro psallentium vocem suā extollat: neq3 etiā submissiori aut tenuiori ꝙ ceteri voce vtatur si ei possibile sit. Decet enī eos quibus fortior vox est tēperare se: eos vero quibus exilior ac tenuior conari vt si fieri possit singuloꝝ voces ad vnum eundemq3 tonū ꝯcurrant: ⁊ multoꝝ voces nō multe s3 vna tm̄ vox videatur. Illud quoq3 summopere attendatur: vt qua voce psalmi ⁊ hymni dicuntur eadē oīo antiphone: capitl'a: respōsoria: versicula: orōnes: benedictiōes: ⁊ oīa proferantur siue vterq3 simul chorus siue vna tm̄ pars chori siue

offitio vt in matutinis laudibus fieri diximus: ita per oīa in vtrisqȝ vesperis fiat. Ad cōpletorium olim ꝯsuetudo babuit vt in offitio virginis vna semp candela accenderet: in offitio vero regulari nisi solemnitas plenissima ageret nulla accendebatur. Visuȝ aūt ꝯuenientius est vt sicut i offitio virginis: ita semp in offitio regulari ad cōpletorium vna facula seu candela ardeat: in plenissimis vero qū solum regulare in choro cōpletorium dr̄ vt etiā ante fieri solebat ante altare due candele accēdantur. Sed qm̄ de bis olim ab antiquiorib⁹ eremi patribus tabula ordinata ēst q̄ istruit quot luminaria in quālibet die ⁊ per quālibet borā operis dei accendenda sunt: multa paucis cōprebendentes monēdi sunt eremite vt ea que in ipsa tabula instituta sunt nisi sint ab bis que in bis ꝯstitutionib⁹ expressimus dissona aut ꝯtraria: per oīa studeant obseruare. Incenso nunq̄ aliter in diuinis offitijs vtimur nisi in plenissimis vt diximus solemnitatib⁹ ad euangelium. Necqȝ alio vnq̄ i ipsis diuinis offitijs vtimur. appa ratu aut sacraꝝ vestium ornamento nisi vt predictū est stola ad sacram euangelij lectionē. In die tn̄ qua beatissimi p̄ris Romualdi festū solemniter celebratur vt in cenobijs fieri ꝯsueuit solemni more sacris vestibus ⁊ pluuialibus multi ad offitiū diuinū aparantur in alijs vero solemnitatibus boc fieri nunq̄ ꝯsueuit. ¶ Hec sunt que de oībus illis q̄ ad diuinū offitium pertinent in bis ꝯstitutionibus speciali declaratione inserenda bis quinqȝ capitulis indicauimus. In ceteris oībus que in bis expressa nō inueniētur: nō.n.oīa colligere voluimus aut potuimus: ita agendū erit vt in libris qui impressi babētur ꝯtinetur: nisi in aliquo bis que bic expressa sunt dissona aut ꝯtraria fuerint seu aliter in nouissime secundū bas ꝯstitutiones instituto kalendario nō fuerit anotatū: in ipso.n.kalendario q̄uo vnūsquisqȝ dici offitiū agēdū sit declarat: ⁊ i fine q̄dā addite sūt rubrice q̄b⁹ q̄ in libris alijs babēt rubrice declarant: ⁊ multa aliter agēda instituuntur. Illa igit̄ que vel in bis ꝯstitutionib⁹ vel i boc quē diximus⁹ nouissime instituto calendario qualiter agēda sint declarata fuerint sic agentur: etiā si in libris q impressi sunt aliter legerentur agenda: illa vero que neqȝ in bis constitutionibus neqȝ in predicto kalendario fuerint aliter ordinata sic agenda erunt sicut in impressis libris agenda esse fuerit declaratū. Ubi aūt inter libꝝ ⁊ libꝝ aliqua diuersitas apparuerit ille sequēd⁹ erit q posterior ipressus fuisse inuenieī.

Hec aūt oīa que de diuinis offitijs instituta sunt nō solū ab his qui in eremo cōmorantur:s3 ab illis pariter qui ad hospitium fontis boni fuerint deputati ꝛ ab illis qui in monasterio camalduli in ciuitate florentina reclusi permanent ibidē per capitulū eremi deputati pariformiter debent obseruari. Qui aūt vł itinere ꝯstituti vel in alio loco fuerint deputati nisi aliter fuerit illis iniunctū vt in libris qui impressi sunt ꝯtinef per omnia agere poterūt. ¶ Nemo aūt nos accuset si in his que vel instituimus vel declarauimus in aliquo a cōsuetudine deuiasse reperient:s3 illos potius accusandos iudicent q̄ propter ꝯsuetudinē nullo tñ rationis aut legitime approbationis pōdere ꝯfirmatā a sancte regule preceptis institutionibus ꝛ ab antiquiorib⁹ camaldulensis ordinis ꝯstitutionib⁹ que in scriptis habētur temere deuiare non dubitant. Nos.n.regulā ꝛ antiquas ꝯstitutiones que in scriptis habentur ꝯsuetudini preponendas esse censuimus:vnde a ꝯsuetudine potius q̄ a regula ꝛ scriptis institutionibus maluimus declinare:q̄uis i multis etiā ꝯsuetudini tātū tribuerim⁹: vt q̄ plurima que mutanda esse ratio euidens ꝛ regule institutio suadebat habita ꝯsuetudinis rōe mutare noluerim⁹. Siqs aūt ꝯsuetudini qualicūq3 tantū tribuendum iudicauerit:vt ꝑpter illā nulla ratio sequēda:nulla scriptaꝝ institutionū ratio habenda sit: satis timendū est ne bruta quoq3 animalia que ꝯsuetudine sola aguntur hominibus prepo nat qui ꝛ scriptis legibus ꝛ rationis moderamine reguntur.

¶ De missaꝝ celebrationib⁹ ꝛ ƀ ꝓcessionibus faciendis. Cap.xx.

In sacra missaꝝ celebratione illud qđ per oēs antiquiores constitutiones dispositū est obseruare studeant eremite qui sacerdotes sunt vt assidue missas celebrēt nullo modo ꝑtermittentes q̄n ad minus vnusquisq3 ter in ebdomada missa3 dicat: tresq3 quotidie in ecclesia misse ad minus celebrentur: missa.s.vna pro mortuis:altera de beata virgine:tertia ꝯuentualis que.s.celebratur de festo vł die de quo agitur offitiū. Jn diebus in quibus de aliquo sancto.xij. agantur lectiones missa de mortuis:in solēnitatibus aūt ꝛ festiuitatibus ab ecclesia ꝑceptis etiā missa de virgine dimitti potest. Et si aliquando acciderit vt dies sit dominicus ꝛ solēne aliquod festū agaf vł aliter due ꝯuentuales occurrant misse:curef vt ambe dicantur:licet vnam solā eaꝝ audire q̄buslibet possit sufficere. Si plures erunt sacerdotes his tribus missis exceptis quilibet poterit siue in ecclesia

siue in cella missam priuatam ac votiuā celebrare:neqȝ quotidie ce lebrandi in cella licentiam petere habeat:sed cum ea que sunt ne cessaria ad misse celebrationē in cella de maioris iussione ac benedi ctione quis habuerit:itelligatur ꝙ possit qñ voluerit in cella celebra re:dūmodo ecclesia trium predictaꝝ missaꝝ nō fraudeť obsequio:⁊ in cella celebrans ⁊ ille qui inseruit inuiolabile seruent nō solū in mis se celebratione:sed etiā ante ⁊ post missam silentiū ꝙdiu in cella si mul sunt. Tēpore estatis ⁊ semper qñ niues non multe sunt si secula res volentes missaȝ audire aliqui affuerint antiqua eremi ꝯsuetudo seruetur: vt nō permittantur ipsi seculares ad ecclesiam accedere:ſȝ cū plures erunt congregati in oratorio quod ad memoriā sancti An tonij iuxta ostium ꝯstructū est.missa vna celebretur vt secularib⁹ sa tis fiat ⁊ eremus coꝝ presentia nō perturbeť:quā missam ille sacer dos celebret qui per precedentē ebdomadā missaȝ primaȝ seu matu tinalē celebrauit. Hora missaꝝ ꝑcipue qñ ꝯuentualis missa celebrať nulli vnꝙ̄ neqȝ aperto neqȝ recluso neqȝ conuerso loquendi licentia concedatur:sed oēs de familia reclusis exceptis si fieri potest ad eaȝ audiendam accurrant:⁊ omnes deuote assistant in locis proprijs in quibus stant dum psallunt permanentes:neqȝ ea hora aliquis sine speciali maioris licentia missaȝ in cella vel in ecclesia celebrare ag grediatur nisi tñ expedite dicat vt possit ad initiuȝ offitij ꝗ post mis sam imediate dr̄ reuerti:nemini quoqȝ liceat dum ea celebrať missa in choro vl̄ ī alia ecclesie parte aliqd agere aut legere ꝑter psalmos etiā si aliā dixerit aut audierit missaȝ:ſȝ mēte poti⁹ orēt aut meditēť: ꝗ aūt missaȝ nō audierit aut dixerit in dieb⁹ in qb⁹ de precepto mis sā audire tenemur nihil penit⁹ legeť possit. Sane oī tpe decet ī eccľa nihil agere ⁊ nihil legere nisi psalteriū aut lectionē ꝑuidere : hoc aūt maxime ꝯuenit qñ ꝯuentualis missa celebrať. Qñ pro eleuatiōe cor poris ⁊ sanguinis Christi vel ad primam missam vel ad ꝯuentualē pulsatur campana oēs qui aut in cella aut extra cellaȝ aut in eremo aut extra eremū signū illud audierint statim genuflectant si decēter ⁊ cōmode facere poterunt vbicunqȝ erunt adorātes ⁊ orantes dñȝ: sic permansuri vsquequo huiuscemodi perdurabunt signa. Celebrā tibus aūt ꝯuersi fratres ⁊ ꝗ sacerdotes non sunt vel etiā sibi inuicem sacerdotes inseruiant ⁊ quicunqȝ a volēte celebrare vocatus fuerit statim dimissa omni alia occupatione ita illi inseruire studeat sicut

si illud fuisset sibi per maiorem iniunctū: quod vt libentius fieret antiquiores eremi patres instituerunt vt quilibet ad vnius misse celebrationē inseruienti remissio quinquaginta psalmoꝝ de quotidiana priuata psalmodia concedatur. Ad missam vero ꝯuentualem semꝑ ꝯuersi per ebdomadā inseruiant q̄ quidē ꝯuentualis missa licet antiquitus iuxta tertiā semꝑ celebrari ꝯsueuerit sicut in antiquis ꝯstitutionibus habetur: laudabilius tñ videtur si iuxta beati Hieronymi in regula sua institutionē ac iuxta cenobialē morē tempore quadragesime post nonā celebretur: ab idibus vero septembris vsq; ad pascha qñ ꝯtinue ieiunaẜ inter sextā ⁊ nonā: illud obseruato quod supius cum de diuino offitio agebatur dictū est vt nunq̄ ab aliquo eremita neq; in eremo ab alio missa decantetur: sȝ plana ⁊ mediocri voce deuote semper dicatur: sola beatissimi Romualdi solemnitate excepta in qua per cenobitas vt de diuino dictū est offitio missa potest vt in cenobijs ꝯsueuit solēniter decantari. Oibus dieb⁹ dominicis sacerdos ebdomadarius prima hora operis dei absoluta cū stola tantū aquā benedicit ⁊ cū ea oēs cōes aspergit officinas sacrarium: caplȝ cellā vinariā: refectoriū: coquinā: hospitiū: ⁊ cimiterium: deinde ante missaȝ camiso stola ⁊ manipulo ornatus dicentibus q in choro sunt asperges me domine ysopo cū quatuor versibus psalmi quinquagesimi altaria ⁊ fratres oēs aspergit ⁊ dicta vnica oratione missam celebrare aggrediẜ. Inter missaꝝ solemnia oibus dieb⁹ dominicis ⁊ singulis plenis plenissimisq; solemnitatib⁹ pacis icona ab eo q misse isunt oib⁹ fratrib⁹ osculāda deferẜ. ¶ Processiōes i eremo antiquaꝝ ꝯstitutionū institutiōe bis dieb⁹ fieri consueuerunt in festo sci Marci: in tribus diebus rogationū: in solēnitate purificationis beatissime virginis: i dominica palmaꝝ: in quinta ⁊ sexta feria ebdomade sancte: in anniuersarijs prioꝝ ⁊ fratꝝ eremitaꝝ: nec nō i parentū anniuersarijs. Faciende aūt sunt cū cruce luminib⁹ incenso ⁊ aqua benedicta: ⁊ ea que dicenda sunt sicut in diuinoꝝ offitioꝝ celebratione dictum est voce sonora ⁊ mediocri sine cātu proferantur. Et si intēpies aeris aut niuiū altitudo pluuie ue descēsus nō obstiterit sic ꝓcedendus est ab ecclesia in capitulo ⁊ ex capitulo a posteriori hostio egredientes reuerti per maiorē hostiū in ecclesia: aliter circa capitulū ꝓcedāt de capitulo nō exeūtes ⁊ semꝑ bini bini studeāt ordinate ꝓcedeẜ. In die cene domini a maiore i ꝓcessiōe sacratissimū Christi

corpus deferendū est. In solemnitatibus sancte crucis ⁊ in sexta feria sancte ebdomade ad adorandā crucē maiore incipiente ⁊ subsequentibus secundū ordinē professiōis sue oībus fratribus pceditur. Qñ ex choro in capitulū accedendū est precedēte maiore sequūtur oēs iuxta professionis sue ordinē. Qñ facto signo a maiore in vestibulo ecclesie ad soluendū silentium vel simile aliquod fratres ɔgregandi sunt precedūt ɔuersi: deinde sequitur secundus chorus ab inferioribus incipiendo: ⁊ demū primus chorus subsequit̄ ab inferiorib⁹ similiter incipiēdo: vltimo loco post oēs subseqt̄ maior. Quādo absoluta vltima hora operis dei ⁊ expletis omnibus de ecclesia exituri aqua sancta in vestibulo aspergendi sunt qđ quotidie fieri debet maior oēs precedit: deinde sequitur chorus primus: deinde secund⁹ in vtroqȝ a superioribus incipiendo: vltimi ɔuersi accedūt ⁊ omnes toto capite discoperto ⁊ profunde inclinato aque sancte aspersionē p manus maioris humiliter ⁊ deuote recipiunt. Quando post cōis mense refectionē ad referendas gratias in ecclesia proceditur ex refectorio per capitulū ad ecclesiā eundū est bini bini precedentib⁹ inferioribus ex ordine ⁊ maiore solo vltimo loco subsequente: idē obseruetur quando aliquis eremita recludendus ad cellā procedit comitantibus cum omnibus eremitis fratre recludēdo ad sinistrā maioris remanente.

¶ De priuata eremitaꝝ quotidiana psalmodia. Cap. xxi.

Rodesse sepius solet his qui religiose alicuius institutiōis nō leue se pondus ferre existimant: si intelligant eiusdē generis grauiora pondera predecessores suos ac ipsos ordinis institutores tulisse: propterea nō ab re erit si anteq̄ que sit presentis temporis circa priuatā psalmodiam ɔsuetudo aperiat̄: que nā fuerit antiquoꝝ eremitaꝝ institutio ac obseruantia dicatur. Scire itaqȝ oportet eremitas quod antiquiores eremi ɔstitutiones disponūt vt quilibet eremita toto anni tempore exceptis duabus quadragesimis singulis diebus dicat vnū integrum psalterium pro viuis ⁊ pro defunctis alterum totum aut dimidium aut ad minus tertiam partem: vtriusqȝ vero quadragesime diebus singuli dicant singulis diebus duo integra psalteria cum additionibus suis: dicturi nihilominus pro m gratione prioris eremi nec non cuiusque fratris in eremo vel fonte bono morientis singuli triginta psalteria si non sunt sacer-

dotes vel missas totidē in sacerdotio constituti pro singulis vero q in quouis loco congregationis obierunt tria per singulos psalteria vel tres missas. Presentis aūt temporis ꝯsuetudo sicuti in alijs ꝙ plurimis ita in hoc a pristina illa indefessa huius spiritualis exercitationis obseruātia declinauit: quare nō grauēt eremite vel modicū illud qd̄ nouissima habet ꝯsuetudo alacriter ⁊ cū deuotiōe implere. Dicat igitur quisqȝ apertus eremita per singulos quosqȝ dies dimidium psalterij et sexta feria solius maioris ebdomade totū sine gloria persoluat: qn̄ prior seu maior eremi obierit sicut vnusqsqȝ sacerdos triginta missas celebrare tenet̄: ita qui sacerdotio nō funguntur triginta psalteria de his que quotidie dicunt cū requiē eternā in fine cuiuslibȝ psalmi dicāt ꝓ aīa defuncti seu ꝑoris maioris cōputādū: qn̄ vero aliquis eremi professus vbicunqȝ obierit vel aliquis de familia eremi etiā si professus non sit: vel quicunqȝ ꝯgregationis camaldulensis cenobita professus obierit vt sacerdotes tres missas ita nō sacerdotes de his que quotidie dicūt tria psalteria cū requiē eternā in fine singuloꝝ psalmoꝝ pro anima defuncti deuote persoluant: quotiens vero anniuersaria solemnia mortuoꝝ patꝝ ⁊ matꝝ: necnō priorū ⁊ fratrū eremitaꝝ celebrantur vltra solitū numeꝝ psalmoꝝ qui non sunt sacerdotes .xxv. psalmos persoluant sacerdotibus singulis missas pro defunctis celebrantibus. Nulla aūt hora nulla locus priuate huic psalmodie definitur: poterit .n. quisque qua hora ⁊ quo loco voluerit hec persoluere. In ꝯgruū quoqȝ non erit siquis p̄cedenti die psalmos aliquot dixerit in sequentis diei psalmodia cōputandos: dūmodo ea die etiā aliquot persoluat: si vero ꝯtigerit aliquādo ꝙ alijs intentus negocijs ac occupationibus aliquis eremita debitū psalmoꝝ numeꝝ nō impleuerit: studeat oīo sine maiori dilatione sequenti die satisfacere. Qm̄ aūt multo facilius hoc psoluere possunt qui psalmos ipsos memorie mandauerint: ideo aliaꝝ quarundā religionū institutionē imitantes: illi quibus memorie donū datū fuerit presertim ⁊ ex seculo ad eremū venientes admoneantur si voluerint in anno probationis aut totuȝ aut dimidiū saltē psalterij memorie mandare: reliquum sequenti anno mādaturi. Sic .n. paruo in p̄ncipio labore magnā sibi pro toto vite tempore ꝯsolationē acquirent. Poterit aūt eremi maior nō hanc ꝯstitutionē ac ꝯsuetudinē immutare aut de hoc psalmoꝝ numero imminuere. Sed cū his qui sacra

rum lectionū assiduitate valde delectantur ⁊ earum maxime sint studiosi permutare: vt non oēs sȝ aliquā psalmorum partem dimittentes tantundem aut plus etiā de sacris lectionibus legant vel tantūdem tēporis in sacris lectionibus vel deuotis meditationib⁹ aut feruētib⁹ orationib⁹ ponāt. Cū his vero qui alijs maxime ad cōmunē vtilitatē spectantibus operibus occupantur poterit preuia discretione non de omnib⁹ sed de aliqua parte psalmorum aliqñ discretionis examine dispensare: semp tñ caueat ne dissipationē inducat. Seruiētibus ad vnā missam vt supradiximus quinquaginta psalmi dimittuntur in hac priuata quotidiana psalmodia computandi. His qui extra eremum quacunqȝ necessitate vel occasione proficiscuntur si integrum diem extra eremum ducunt nulla persoluendi huiuscemodi quotidianā psalmodiā necessitas incumbit: cōsulat tñ vnusquisqȝ conscientiam suam ⁊ nisi alijs impediatur occupationibus aut infirmitate vel labore pergrauetur studeat quantācunqȝ poterit psalmodie predicte portionē implere maiorē mercedē reportaturus pro eo ꝙ sponte propria illam persoluerit: pro aliqua aūt parua diei portione extra eremū vel ad fontis boni hospitiū vel alio proficiscentes a cōsuete psalmodie obligatione nō in totū absoluuntur sȝ vel totum impleant vel saltē quantum in eremo ea die cōmorātur tantā discretione propria iudicante: psalmodie portionē exsoluant: nisi forte eundo aut redeūdo aliquis labore fessus nimium fuerit. Neqȝ quisꝙ ex eo qđ dictū tum a sancto patre Romualdo tum ab alijs nouerint melius esse vnum psalmum ex corde ⁊ cum cōpunctione dicere ꝙ centū cū mētis vagatione percurrere occasionem accipiat vnde moleste ferat longioris psalmodie institutionem implere: quoniam nō propterea illud dictum est vt a pia psalmodie exercitatione discedamus: sȝ magis vt cū deuotione persoluere illam studeamus: cui.n. dedit deus psalmodie dulcedinē pergustare graue esse non potest illud diutius facere qđ in extimabili animi dulcedine peragitur: cui aūt hec gratia perfecte data nō est nequaꝙ debet vt beatus pater Romuald⁹ suos hortabatur discipulos aut desperare ad eam peruenire aut a pia ipsa corporali dicendorum psalmorum exercitatione tepescere certus ꝙ si perseuerauerit pulsans aliqñ apietur ei: ⁊ ille qui dedit i ea exercitatione perseuerantiā dabit aliqñ etiā perseueranti dulcissimū pie deuotionis atqȝ cōpunctionis affectum.

¶ De his q̄ p officio aut horis dicere debēt cōuersi eremite. C. xxij.

Onuersi fratres qui ad persoluendum diuinum officium aut psalmodiam nō tenentur: magis.n. corporalibus exercitijs occupantur. Ante oīa pro officio suo secundū antiquas ordinis ɔstitutiones dicere debent quotidie pro nocturnis quadraginta dominicas orationes: pro laudibus vero decem: pro prima: pro tertia: pro sexta: pro nona: per singulas quinq3: pro vesperis. x. pro completorio quinq3 semper cum totidē angelicis salutationib⁹: in principio cuiuslibet hore dicētes Deus in adiutoriu3 cū gloria patri: ꝛ in fine Salue regina cum oratione cōsueta. Studeant aūt omni tempore tam in die q̄ in nocte qū pulsantur hore ad ecclesia3 peruenire ꝛ suo tempore singulas horas persoluere. Siqs ad horas operis dei non accesserit: ad ecclesiam illis horis quibus de his qui officiū diuinum psoluūt idem dictum est: aduocetur: ꝛ non accedenti similis per oīa penitentia iniungatur: nihilominus si forte occupatus ad eccliā3 cōpetenti hora aliquis venire nō potuerit curā adhibeat vt cū primū potuerit aut ad ecclesiam accurrens aut vbicūq3 erit eā horā psoluat quā occupatus debito tēpore persoluere non potuerit: hoc est.n. illis quasi diuinū officium ꝛ pro diuino officio computatum: ad qđ cōuersi etiā qui in cenobijs cōmorantur oēs tenentur: nihil.n. aliud in eremi ɔstitutionibus pro illis institutu3 legitur. Satis aūt ɔgruū erit si p quotidiana psalmodia ad quā ipsi nō tenent: singulis dieb⁹ solitā beate virginis: ꝛ dñi nostri Jesu xp̄i a seniori recluso eremita nouissime excogitatā coronam persoluant. que ad cōmemorationē annoꝝ vite eius triginta tres ɔtinet dominicas orationes ꝛ quinque angelicas salutationes pro cōmemoratione quinq3 vulneꝝ ei⁹ quā dicentibus Leo. x. Pont. Max. magna ɔcessit indulgentiaꝝ munera. Siquis aūt cui dederit dñs legendi peritiam aut memorie donū voluerit beate virginis officium dicere sponte hoc sua faciat vt maiorem mercedē acquirat. Qui aūt hoc offitium virginis dixerit possit beate virginis coronam dimittere. Nouerint preterea ꝛ antiquis eremi constitutionibus ɔtineri ꝛ nouissime declaratū fuisse vt pro migratione prioris seu maioris singuli debeant ɔuersi quatuor milia quingentas: pro ceteris aūt oībus in tota congregatione migrantibus centū quinquaginta per singulos dominicas dicere orationes: pro anniuersarijs aūt prioꝝ ꝛ fratrum eremitaꝝ ac parentū

quinquaginta: vt eo institutio in ceteris oibus illi correspōdeat institutioni que sacerdotibus missas nō sacerdotibus ad officiū diuinū obligatis psalteria imponit: nisi q̄ bis qui psalteria dicere tenenē quotidiane psalmodie nihil addūt s; illā cū requiē eternā implētes z priuate quotidiane psalmodie z huic institutioni satisfaciunt: quer si vero ad solitū z quotidianū numeꝝ dominicaꝝ orationū hec q̄ diximus quotiēs occasio tulerit supaddere tenētur: cetera eni; omnia illis valde breuiora sunt.

¶ De lectione meditatione z oratione. Cap. xxiij.

Communis vero sit tā monachoꝝ q̄ ꝯuersoꝝ institutio vt illi qui legere sciunt quotidie vnam saltē vnius capituli lectionem legāt de sacra ipsa biblie scriptura z qui latinū sermonē aut nō penitus aut min⁹ apte itelligūt vulgari ligua ipressas biblias hēant in quib⁹ legant aut tantū de aliquo alio deuoto libro q facili⁹ haberi possit ꝑ capacitate sua: vtraq; eni lingua eadē doctrina eadēq; animoꝝ institutio i ea scriptura equaliter continetur. Alia si voluerit ꝑ deuotione sua vnusquisq; legat: hoc tñ nullus omittat: z vnicuiq; secundum capacitatem ei⁹ vel cu; habitum suscipit vel cum ꝓfessionē emittit biblia vna aut latino aut vulgari s̄mone ꝯscripta aliusue libellus assignetur z qualiter legendo debeat exerceri admoneatur.

¶ Qm̄ aūt paꝝ est legere nisi qsq; ea q̄ legit solerti z tacita mente secundum propriam virtute; meditetur: ideo que quisq; legerit cu; silentiū custoditur siue extra cellā aliquid sibi iniunctū operet: siue in cella resideat: meditari atq; animo peruoluere studeat z ad ea q̄ lectione percurrerit opere adimplenda semetipsum continue perurgeat: obliuiscens que retro sunt z ad vlteriora se semper desiderio extendens satagat de virtute in virtutē proficere. Cum vero soluto silētio congruis horis fraternis colloquijs recreare animū voluerint de his que legerint aliquid inuicem conferant. sic enim z inutiles ociososq; sermones facilius declinare z in scripturaꝝ intelligentia aliqd acquirere citi⁹ poterunt si eoꝝ libēter s̄mo in his versabit. ¶ Qm̄ vero nec lectio nec meditatio aliquid prodest: nec aliqua alia religiose vite institutio impleri potest si non diuinū adsit auxiliū. ideo ante omnia z super oīa orationi sese tradant eremite. Illa. n. propria est eremitaꝝ institutio vt orationi incumbant. Nulla vero diei aut noctis pars est per antiquiores patres orationi deputata: quod alie q̄

dam religiose vite institutiones habent: idq3 propterea factum esse credendū est: quia voluerunt illi eremitice vite institutores nullā determinatā orationi horā assignantes aperte satis insinuare q̄ sicut spirare exteriori homini: ita interiori mente semper orare oportunū ac pene necessarium sit. Orare igitur semper qū vacant debent eremite: et q̄d huius habet loci institutio vnusquisq3 sibi horas orationi quas ꝯuenire magis existimabit deputet: vt qualibet die saltē per hore vnius dimidium vel simul vel in pluribus vicibus ad orationē imobilis persistat etiā si aliqū occupata atq3 dissipata mente orare min⁹ possit: nō pretermittat tū ad orationis locū accedere ꝛ flexis genibus ante Christi imaginē vel aliter quomodolibet iuxta vniuscuiusq3 deuotionē per eūdē spatium stare: certissime credēs q̄ ꝛ talis sibi mora pro oratione computabitur ꝛ si in hoc pseuerauerit ad orationis dulcedinē poterit dn̄o largiente cito peruenire. Ad eremū accedentes siue ex seculo siue ex cenobio venerint ante oīa ꝛ sup̄ oīa de tempore de modo orandi ꝛ de orationis instantia. atq3 assiduitate instruantur: neq3. n. facile poterit quisq̄ in eremo perseuerare nisi orare sufficienter edoctus quotidie orationi p hore ad minus dimidium incubuerit: tātū. n. possibile est in spirituali vita sine om̄is frequentia perficere aut etiā perdurare q̄tu3 possibile est sine corporalibus alimentis in hac corporali vita: aut ad virilis etatis mensurā augeri: aut etiā diutius persistere. Siqū aliq̄ a maiore cōis iniungitur oratio oēs teneantur alijs etiā dimissis orationib⁹ i iniuncta oratione instāter persistere: ꝛ quotiens frater pro quouis negocio in viā dirigitur aut infirmatur oēs quotidie in orationibus suis fratris in viā directi vel infirmi memoriā habeant. Sic. n. orationibus incumbentes oratio ipsa ad lectionē ꝛ meditationē alacriores transmittet: ꝛ lectio ac meditatio orationi inseruient. Sunt. n. hec mutuo cōplexa ꝛ sibi inuicem cedunt auxiliantur q3: sit ergo potissima semper cura eremitis lectioni: meditationi: orationiq3 quotidie incumbere aliter sciant se tantum nomine eremitas esse: neq3 etiā hoc diutius habituri: qm̄ sine his in eremo perseuerare impossibile esse clara antiquorꝫ eremitarꝫ diffinitiōe ꝛ manifesta multorꝫ experientia cōprobatū est.

¶ Qm̄ vero orationū instātia id potissimū queritur vt indulgētiā remissionēq3 peccatorꝫ ꝯsequamur: ideo nouerit eremite a sūmis pōtificibus concessum olim ꝛ ꝯfirmatū sepius vt oēs huius eremi inco

le tā professi q̄ nouitij in eremo vel vbicunq3 fuerint quinq3 altaria aut pauciora vbi tot non habuerint visitando: z quinquies psalmū quinquagesimū.i.miserere mei deus vel quinqes dominicā oratio-nem cū angelica salutatione pro ꝯuersis z comissis qui illū psalmū nescirēt pro felici statu sancte romane ecclesie dicentes omnes illas consequantur indulgentias tā pro seipsis q̄ pro defunctis que in vr-be z extra vrbē romanas ecclesias visitantes ꝯsequuntur q̄ statio-nū indulgentie dicunt: Et diebus quibus eedē stationes institute sunt nō omittant vllo modo altaria visitare z ita deuote ea dicere q̄ ordinata sunt vt easdē indulgentias ꝯsequi mereātur: Meminerint quoq3 q̄ Gregorius nonus pont.max.in capite eremi oratorium in honorē z titulū beatissime virginis Marie iunctū cellule in qua dū ipse consisteret vt a beato Leonardo eremita qui sup̄ caput eius dū sacra mysteria celebraret columbā viderat de celo descendentē pre-dictum fuerat pontifex electus est olim erexit z ꝯsecrauit: atq3 con-cessit vt illud oratorium visitantes easdē indulgentias ꝯsequantur quas beati Petri apostoli in vaticano ecclesiā visitātes ꝯsequūt: z illud deuote visitare studeant: alias etiā a multis pontificibus con-cessas indulgentias ꝯsecuturi. Ne vero reclusi eremite his indulgē-tiarum muneribus fraudarentur Leo.x.pont.max. concessit vt reclusi eremite in deputatis sibi cellulis persistentes z aperti extra eremū non egredientes oēs ꝯsequi possint indulgentias que aliqua eremi oratoria aut camaldulensis ordinis loca visitantes ꝯsequuntur. Il-lud quoq3 ab eodē Leone.x.Pont.Max.ꝯcessum nouerint: vt di-centes per anni circulum cessante impedimēto semel in ebdomada psalmos septē quos penitentiales vocant cū letanijs: in articulo mor-tis plenariā absolutionem cū plenissima oīum peccatorum remissione a proprio ꝯfessore ꝯsequi possint. Hec igitur z alia plurima que me morare longum esset indulgentiarum munera non paruipendant: sed oī animi deuotione z singulari mentis affectu suscipere z ꝯsequi stude-ant si remitti sibi a domino peccata desiderant.

¶ De litterarum studijs z deuotis exhortationibus. Cap. xxiij.

Ante omnia quoniā sacrorum canonū authoritate precipitur: stu-deat eremi maior beati Benedicti regulam per semetipsum vel per alium quē idoneū iudicauerit secundū diuersorum capacitates omnibus declarare: neminē ad professionē admittat nisi prius secū-

dum ipsius regule ordinationem ter ipsaꝫ regulã totã per interpola ta tẽpora legerit aut ab alio legi audierit. In capitulo quibus diebꝰ capitulũ fieri solet semꝑ de regula aut ꝯstitotiõibus aliquid legatur ꝛ supra illõ quod lectũ fuerit maior vel per se vel ꝑ aliũ ad expressio rem regule aut ꝯstitutionũ intelligẽtiã sermonẽ habeat ꝛ aliqua exhortationis verba faciat. Iste preterea constitutiones sepius legant ꝛ declarentur ꝛ oĩbus volentibus in eremo vel habitum camaldulẽsis religionis suscipere vel quoquo modo profiteri aut in numero recipi eremitaꝝ ad legendum proponantur vt sciãt qd illos oporteat obseruare: sed ꝛ regule institutionẽ ꝛ istarum ꝯstitutionũ ordinationem studeant omnes obseruare: quibus declaratur quo tempore ꝛ quibus horis corporali exercitio ꝛ qbus studio ꝛ lectioni vacare debeant: vt scilicet totũ illud tẽpus quo corporali exercitio vacare non possunt studio litteraꝝ psalmis ꝛ orationibus intelligant esse deputatũ. Omni preterea lraꝝ studio quod nõ sit ab ecclesia prohibitũ liceat eremitis incũbere: sed superstitiosos aut vetitos libros legere aut habere caueant omnino. Cetera vero oĩa vnusquisqꝫ pro ingenij capacitate legere possit: optimã tñ partẽ elegerint qui sacraꝝ litterarũ studio potius ꝙ alio lraꝝ genere incumbere decreuerint: alie nanqꝫ omnes discipline sacris litteris cõparari nõ possunt. Qui igitur tantum sunt in intelligentia perfecti vt sine aliquo gentilium libroꝝ auxilio possint sacraꝝ scripturaꝝ continua lectione delectari: cetera curent omittere: qui vero propter latine lingue eruditionẽ aut propter aliquam reꝝ notitiam acquirendam alijs indigent studijs: illis vacent dũmodo semꝑ oĩa in hunc dirigant finem vt ad sanctaꝝ litterarũ doctrinã valeant cõmodius peruenire. Possint preterea diebus ꝛ horis quibus silentiũ nõ seruatur professi eremite aut duo aut plures simul aliquid de litteraꝝ studijs conferre ac per modum instruendi sibi inuicem lectiones aliquas legere ꝛ libros maxime christianos declarare. Nouitij vero his lectionibus interesse sine maioris vel institutoris sui licentia non possint. Alijs vero diebus ꝛ horis silẽtio deputatis sine maioris vel capituli licentia hoc facere nõ presumant. Siquis vero fuerit in eremo cui ꝯcesserit deus exhortationis aut predicationis verbũ possit de maioris licentia nõ in ecclesia maiori sed in capitulo potius vel in oratorio quod dñi pape appellatur sermonem habere: aut aliquã sacre scripture partem exponere: dũ

modo

modo ad hec nullus possit interesse nisi q de familia eremi sunt: aut propter hoc ad eremū venerint ut in eremitaꝝ numero recipiantur ad euitandā oēm seculariū ꝛ alioꝝ quorūcunqꝫ frequentiā: quotiens vero ad eremū peruenerint religiosi qui solent predicare: curet maior pro fratrū eremitaꝝ solatio hortari ꝛ rogare eos ut velint ad eremitas aliquē deuote exhortationis sermonē facere: nō tñ in ecclesia maiori nisi de totius capituli ꝯsensu. Dent vero efficacē operā eremite ut eremi cōis bibliotheca remotis ex ea rebus ac scripturis alijs ita aptet̄ ut possint in ea oēs professi eremite sine speciali licētia intrare ꝛ oēs libri in ea ordinate disponant̄: indexqꝫ coꝝ oīuꝫ ꝯficiat̄ ex quibus tñ vnusquisqꝫ impetrata a maiore licētia possit quotquot necessarios habebit ad cellā deferre dūmodo semp vnusqsqꝫ relinquat in scriptis apud cōeꝫ bibliothecā quos ex ea libros abstulerit. Recedente vero ab eremo vel obeunte aliquo eremita oēs libri qui in eius cella inuenti fuerint ad cōem bibliothecā deferant̄: imo poti⁹ si cōmode fieri poterit procurent ut alio loco amplior ꝛ cōmodior bibliotheca ꝯstruatur in qua semp inuiolabile silentiū custodiēdū sit. Sꝫ ꝛ singulis annis libri illi comparent̄ qui vtiliores ac meliores cēsebuntur: ita ut nullus pertranseat annus in quo ad minus aurei. x. in libris nō expendantur. Nullo aūt modo possint libri huiusmodi aut per eremitas extra eremū deferri: aut alicui mutuo dari sine expressa maioris aut capituli licētia. His enim qui ad eremi loca accedunt sufficere poterit si maior licentiā dederit: precipue in paruo libroꝝ numero vsqꝫ vꝫ ad quinqꝫ libroꝝ capita. His autē qui olo ad alia loca accedunt aut in maiori numero sine capli licentia nō cōcedat̄. Et vnusquisqꝫ q ad loca eremi accedit coꝝ libroꝝ quos cū maioris aut capli licentia ad ea loca defert: indicē in manibus maioris aut illius cui bibliothece cura demandata fuerit relinquere teneat̄. Hec aūt oīa proinde instituta sunt: qm̄ sanis experientia teste apertuꝫ est studium lr̄aꝝ in religiosis mentibus esse virtutū oīum excitamētum: ocium vero ꝛ ignorantiā omniuꝫ maloꝝ fomitē ac matrem esse ambiguum nemini est.

¶ De confessione: ꝛ sacra cōmunione. Cap. xxv.

Si consistens aliqn̄ in cella eremita vel extra cellā illicitū aliqd̄ cogitare ceperit: vel verbo aut opere aliquid fecerit vel ꝑtermiserit: vnde quantūlibet ꝯscientia paucfacta remordeat: iuxta coꝝ

sententiā qui eremitice vite instituta ante nos tradiderunt statim intra semetipsum dño ꝯfiteatur ⁊ sacerdoti suo ꝯfiteri proponat: confiteri aūt sacerdoti debet quilibet eremita qui sacerdos nō sit siue monachꝰ siue ꝯuersus fuerit: semel in qualibet bebdomada ita vt sine aliqua vrgēti causa ⁊ sine maioris licentia vltra octo dies nullus differat ꝯfiteri. Sacerdotes vero qui missas celebrant frequentius cōfiteantur ⁊ si fieri potest ad sacꝝ altare sine preuia illius diei ꝯfessione nunꝙ̄ accedāt. Professus vnusquisqꝫ assignato sibi a maiore sacerdoti: ⁊ nulli alij ꝯfiteatur absqꝫ expressa maioris licentia: sine qua nec quisꝙ̄ alicuius ꝯfessionē audire presumat. Nouitij oēs semp magistro suo ꝯfiteantur. Conuersi ꝙ̄ꝙ̄ secundū antiquā cremi ꝯsuetudinē maiori oēs debeāt ꝯfiteri: tñ siquis a maiore aliū postulauerit ꝯfessorē ⁊ maior sic expedire iudicauerit aut maior aliuni voluerit deputare possint cuicunqꝫ aperto sibi a maiore assignato sacerdoti confiteri. Reclusoꝝ vero ⁊ conuersoꝝ necnon eremitaꝝ oīum qui sacerdotes non sunt si nō semp: frequenter tñ confessionē maior studeat audire: ⁊ nequaꝙ̄ pretermittat quin quater ad minus in anno in maioribus. s. solēnitatibus ipse oīum qui in eremo siue i locis eremo vicinis sue cure cōmissi sunt: ⁊ sub eius viuunt obedientia siue sacerdotes sint siue nō ꝯfessionē audiat: vt gregis sui morbos cognoscere ac proinde curare valeat. ¶ Sacre vero cōmunionis sacramentū oēs qui in eremo cōmorantur in ambabus quadragesimis singulis diebus dominicis: extra vero quadragesimas: semel in mense: in pcipuis. s. solēnitatibus etiā si aliqñ aliquantulū preuenire aut differre opus fuerit iuxta maioris dispositionē ordinarie suscipiāt ad missaꝫ conuentualē: oēs simul bini bini cū magna reuerentia ⁊ debitis cerimonijs accedentes: neqꝫ ea die qua vl̄is huiusmodi sacre cōmunionis susceptio celebratur: aliquis sine maioris licentia ab ea se abstineat aut seorsaꝫ hoc facere presumat. Hec vero sacra cōio qñ oībꝰ fratribus ministranda est a maiore semp vel si ipse non potuerit: ab aliquo senioꝝ sacerdotū cui hoc maior iniunxerit ministretur. Sed ⁊ quater ad minus in anno in maioribus solēnitatibus oēs qui in varijs locis ad eremū pertinentibus eremoqꝫ vicinis cōmorantur ad eremū accedant de manu maioris vna cū alijs eremitis sacrā communionem recepturi. Siquis aūt frequētius ꝙ̄ institutum sit: sacrā voluerit assumere cōmunionē priuate ad aliquā votiuā ac priuataꝫ

vel reclusoꝝ vel apertoꝝ missaꝫ:maioris accedente ꝯsensu:hoc seorsum faciat ⁊ nullus ad ꝯuentualē missam nisi qñ oēs simul cōmunicantur:cōmunionem accipiat. Quo aūt reclusis sacerdotibꝰ in die cene dñi ⁊ his qui cum reclusi sint sacerdotes nō sunt:omnibus anni temporibus sacre communionis sacramentum ministrandū sit: in eo loco aperte dicetur: vbi de reclusorum agetur institutione.

¶ De exteriori corporis ⁊ habitus compositione. Cap. xxvj.

Q Uāuis exterior corporis compositio sine interiori mentis cōpositione ad modicū vtilis videatur: quia tñ ⁊ edificare videntes potest ⁊ ad interiorē animi cōpositionē acquirendā multum prodesse solet:ideo religiosos oēs ⁊ ꝙmaxime eremitas de exteriori corporis ⁊ habitus cōpositiōe solicitos ac studiosos esse decet. Quare summo studio ⁊ vigilantia debent attendere vt semp in eremo habitus honestas ⁊ decens corporis cōpositio in omnibus ⁊ vbiqꝫ seruetur: In choro qui diuinum persoluunt officiū aut missas celebrāt: eas studeant seruare cerimonias quas in his ꝯstitutionibꝰ suo loco viderint institutas:maxima adhibita cura:vt vniformitas semp ab oibus custodiatur:vt scilicet pariter inclinent vel genuflectant:pariter assurgant:pariter erecti aut sedibus innixi permaneant:simul vt ad altare vel facie ad faciem vertantur: vnaqꝫ ⁊ eodē modo caput cooperiant ⁊ discooperiant:cucullaꝝ manicas semp sup brachia collectas habeant ⁊ nunꝙ versus terrā relaxatas dimittant. Manus semp eisdē cucullaꝝ manicis coopertas habeant: nisi qñ alicui (cui incumbit) aliquid faciendum sit:vnde necesse habeat eas detegere. In via modestus incessus seruetur vt neqꝫ velocitas leuitatē neqꝫ nimia tarditas vecordiā denotet:nō elatā ceruicē deferāt aut curiose oculos attollant:sꝫ humiliter inclinati:terrā respicientes: modeste semp incedant:maxime cū ad ecclām accedūt:atqꝫ ab ea ad cellas redeūt. Sēper minores ante seniores transeuntes se humiliter inclinēt ⁊ ante sacerdotes q̄ sacerdotes nō sunt semp caput aliquatenus discooperiāt. Vicario generali ac maiori reuerētiā exhibentes totū discoopiant caput cū eisdē alloquētes seminudatū teneant. In oi loco accedētibus aut transeuntibꝰ maioribꝰ minores si sederint semp ꝯsurgant:si ꝯsedendū est:minores nunꝙ sedeāt nisi per ordinē prius maioribus assidētibus atqꝫ cū eoꝝ benedictiōe. Nunꝙ aliquis siue in cella ꝯsistēs: siue extra cellā egressus in aliquo loco cū bireto sine

caputio ſe videri permittat:ſʒ vel toto diſcooperto capite vł cū capu
tio ſemp ſit:nudis quoqʒ pedib⁹ nemini incedere liceat: ſʒ ſemp aliqđ
calciamēti gen⁹ qſqʒ deferat:quo totus pes ꝛ calcaneus cooperiatur
ita vt nuditas nulla appareat. In cella licet ſolus ſit eremita:cogitet
tū ſe ſemp ante dei ꝛ angeloꝝ eius ꝯſpectū eſſe:ꝛ ođm propterea ſer-
uare honeſtatē atqʒ decentē ſeruis dei grauitatem in oībus actibus
ſuis ſtudeat:ſiue ſedeat:honeſte ſedeat non ſuperpoſitis altero alteri
cruribus aut diuaricatis inuicē pedibus:ſʒ eo modo quo i maxima
probatiſſimoꝝ hominū frequentia ſedere decet: ſiue iaceat honeſte
iaceat:nō ſupinus aut reſupinus:nō ſubtractis cruribus ſʒ in latus:
manibus etiā honeſte ꝯpoſitis. In lectulo nō ſe modo hac modo illac
iactet ac verſetur:ſʒ eodeʒ loco quo ſe primū cōpoſuerit:ſtudeat per-
ſiſtere. Si manducat videat vt honeſte ꝛ cū modeſtia hoc faciat nō
cubitis ſuper menſaʒ appoſitis:nō nimiū inclinato capite ſupra mē-
ſam:nō nimia acceleratione aut nimia tarditate:ſʒ moderata ſerua
ta grauitate:vt cū decet q ſe ſemp in conſpectu dei eſſe ꝯſiderat. Sē
per ſiue ad menſaʒ priuatā vel cōeʒ exiſtat:ſiue alio loco ꝛ tēpore bi
bat ſedens:ꝛ duabus manib⁹ vaſculum quo bibit tenens bibere aſ
ſueſcāt. Cū ad neceſſaria nature crenutaꝝ queq̄ ire ꝯtigerit oio ſtu
deat:ne ſub alicuius ꝯſpectu id fiat:tantaqʒ in hoc ſuetur honeſtas
vt quod vile abiectū ꝛ ignobile de ſe op⁹ eſſe vr̄:modeſtie ſtudiū de-
cēs ꝛ honeſtū reddat. Si pedes abluere voluerint eremite illud dili
genter attēdant:vt hoc quoqʒ omni religioſa honeſtate faciant nūq̄
altius q̄ opus ſit ſe diſcooperiant:neqʒ ſe mollius tangant. Ne vero
in huiuſmodi carnis attrectatiōe aliqua excitetur libidinis titillatio:
ſemp cū pedes lauare inceperint penitētiales pſalmos ſimul dicere
incipiāt:qui vero eos memoriter nō tenuerint:aut alios pſalmos di-
cant:aut orationē dominicā tandiu repetant quouſqʒ ablutionē per-
fecerint. Quoties indumenta mutare voluerint: ſemp ſumma vigi-
lantia attendant:vt quanto citius poterunt:hoc efficiāt:ſiue neceſſa-
rio profeſſionis habitu diutius q̄ ſumma cogat neceſſitas timeāt ēt
in ſecreto immorari:caueant quoqʒ ne ita ſe diſcooperiant vt verecu
da poſſint videri etiam ſi ipſi non aſpiciant:hoc aūt facere poterunt
ſi tunicā ꝛ interiora alia exuentes indumēta exteri⁹ ſcapulare ſemp
retineant. Ceteꝝ quodcunqʒ faciant:quodcunqʒ operentur:nunquā
ſolos ſe eſſe exiſtiment:ſʒ in preſentia multoꝝ angeloꝝ qui honeſta ꝛ

decenti eoꝝ cōpositione maxime delectantur: et nō minus demones semꝑ adesse credant qui eoꝝ inhonestā aut indecentē habitudinem subsannantes letentur et irrideant. Illud vero pro certo nouerint ꝙ nisi in cella assueti fuerint honestatē et decentē cōpositionem ac grauitatē seruare illā nunꝙ̄ in hominū pn̄tia poterunt custodire: sꝫ qualis vnusquisqꝫ secum in cella fuerit: talis vel etiā inuitus sese in pn̄tia hominū exhibebit. Cellā preterea ipsaꝫ et oīa vtensilia in ea ita cōposita et ordinata ac munda habeant vt neqꝫ confusa et inordinata ac sordibus polluta magnā arguant negligentiā: neqꝫ etiā nimiū accurate nitida ac tersa feminilē mollitiē ostēdant. In recōdēdis quoqꝫ reb⁹ qbus in cella qsqꝫ vtitur siue artis alicuius instrumentis siue libris aut vestimentis necnon et fructibus aliisqꝫ rebus cōmestibilib⁹ illud attendant vt non cōfusa et permixta sed ordinata queqꝫ suis locis congrue reponantur. Alio quippe loco libelli: alio calige alio fructus reponēdi sunt. In oratorio nunꝙ̄ fructus aut aliquod aliud cōmestibile reponant: sꝫ ipsum magis ꝙ̄ alias celle officinas munduꝫ ac nitidum cōseruent. Multum preterea ad animi acquirendā ac conseruandā cōpositionem atqꝫ tranquillitatē facit in locutione modum seruare: ante alia ne loquente supiore aut loqui volente iferior audeat se loquendo preferre: deinde nō voluptatē sed necessitatē loquendi semper ostendant eremite. Sūmissa insuper voce: nō tn̄ exili et effeminata loqui assuescant. Exterior quoqꝫ vestimentoꝝ decentia aio prodesse solet: ideo honestatē habitus ac cōdecentē cōpositionē studeant obseruare: oīmodaqꝫ ab omnibus vniformitas in qualitate et quantitate: forma vꝫ mensura et numero cuiuslibet generis indumentoꝝ obseruetur ita vt nec cuiꝙ̄ aliquod etiā minimū singulare: ab aliisqꝫ diuersum ꝯcedatur: in quibus oībus neqꝫ nimie sordes neqꝫ nimia et exquisita mundities vnꝙ̄ appareat. Manus quoqꝫ et vngues sibi quisqꝫ ita curet: vt neqꝫ per excessiuā immunditiē aiꝫ offendant: neqꝫ per nimiā munditiē viriles sensus effeminent. Vesice sane et in cute pre labore ꝯgeste durities que vulgo calli vocātur eremitaꝝ manibus ita ornamento sunt: sicut delicatoribus sponsis gēme et annuli esse solent: lutū vero ac sordes quecunqꝫ: in aliqua corporis parte et nimium per incuriā eminentes vngues: nō nisi mētis hebetudinē vilitatēqꝫ animi preseferunt. Barbā quoqꝫ quā eremite oēs de sedis apostolice licentia deferunt: hac tn̄ ꝯditione vt eā facere

dotes circa os tondere habeant:nō multum delicate nutriant aut ni mis studiose cōpositā deferant:neqȝ etiā affectata quadā rusticita te penitus negligant:sȝ quoties cōis rasura fratrum celebratur eam lauare ac pectere studeant: ne scilicet immunditias aliquas generet: aut hypocrisim aliquā indicet:eā quoqȝ nō seculari more erectā aut prominentē sed ad pectus dimissam deferāt. Hec vero ꝛ huiusmōi multa q̄ vite honestas requirere videt̄:q̄ꝙ̄ minima esse appareant: ad componendā tn̄ ꝯseruandamqȝ nō solum exteriorē corporis cō positionē ac decentem grauitatē ſȝ interiorē quoqȝ animi cōpositio nē atqȝ tranquillitatē magni momenti esse existimantur ꝛ multū p oēm modū prodesse solent si custodiantur: obesse vero si negligātur nā vbi hec minima neglecta fuerint:paulatiȝ in maiorib⁹ ēt defluere aius incipit:vbi vero minora etiā caueātur: maiora nunq̄ꝫ omittunt̄.

¶ De abstinentia simpliciqȝ ieiunio ꝛ biduanis. Cap. xxvij.

Abstinentia sicut in antiquiorib⁹ constitutionibus declaratuȝ videtur:cōmuni loquendi vsu in eremo dicitur: qn̄ nihil p̄ter panem ꝛ aquam cuȝ salis:quibus placuerit:additione licet edentib⁹ summere:excepto siquid fructuū vl̄ acruminū terre extra āb as qua dragesimas cōmuniter omnibus volentibus aut in quadragesimis delicatoribus ꝛ debilibus ex vno tm̄ genere raro tamen misericor diter concedatur. Simplex vero ieiunium tunc dicitur cū vnū tātū pulmentum sine ouis ꝛ caseo cū vino eremitis ministrat̄. Biduana sane ꝛ triduana antiquo tempore tunc vocabantur ieiunia:cuȝ feria secūda tertia ꝛ quarta:ꝛ postea sexta feria ꝛ sabbato in pane ꝛ aqua ieiunabant vt priorum.s.triū diēꝝ triduana sequentium vero duoꝝ biduana diceret̄ abstinentia. Hoc.n.tū ex sancti patris Romualdi vita tū ex antiqꝗssimis eremi ꝯstitutionibus manifeste colligit̄. Hoc vero tp̄e biduanū ieiuniū intelligūt qn̄ in q̄dragesimis tertia feria ꝛ sabbato vnicū tm̄ pulmētū cū vino eremitis cōcedit̄. His igit̄ ꝑ no minū significatione premissis:anteq̄ꝫ abstinentie ꝛ ieiunij forma pre ponatur quam secūdum presentis temporis cōsuetudinē seruare te neatur eremite:vtile futuꝝ est:si pri⁹ varie abstinētie ꝛ ieiunij forme demonstrentur quas aut beatus Romualdus suo exemplo qd̄ effi cacius omni doctrina esse solet:olim tradidit: vel ab antiquioribus eremitaꝝ patribus in hac eremo institutas ac per multoꝝ annorum decursus obseruatas fuisse manifestū est. Cum.n.austeriorē valde

fuisse antiquorum patrum abstinendi ac ieiunandi regulam cognoscēt presentes futuri ue eremite:tunc illud quod secūdū huius temporis tepidiorem ac laxiorem conuersationis formā institutum erit:libentius suscipient z minora hec non implere verecundabuntur: cum a precessoribus suis valde maiora impleta cognouerint. Proderit ēt nō min⁹ qm̄ siquis eremita spiritus santi gratia afflatus austeriorē fortasse ꝙ cōmunis sit institutio abstinēdi ac ieiunādi normā ꝯgruo tp̄e statutoqꝫ modo arripere voluerit: varias abstinentie z ieiunij formas ab antiquioribus eremitis obseruatas his cōstitutionibus descriptas habebit:quas imitari tutius erit: ꝙ proprij sensus inordinatum fortasse et interpetratum affectum sequi.

¶ De prima ieiunij z abstinentie forma quam suo exēplo beatus Romualdus instituit. Cap. xxviij.

Beatissimus Romualdus eremitice vite in occidentalibus partibus diuinitus institutor z eremitarum camaldulensium pater egregius anteꝙ firmā eremitice abstinentie z ieiunij formam statueret:varias ieiuniorum voluit experiri obseruantias:nam quodā tempore per continuum anni circulum nihil aliud in cibum sumpsit nisi tm̄ per singulos dies pugillū elixi ciceris. Alio vero tempore in eremo sitrie per vnius quadragesime spatiū nihil aliud neqꝫ in cibo neqꝫ in potu penitus habuit nisi de modica farina z paucis herbis sorbitiunculā. Per quinqꝫ vero ebdomodas alia tempestate nihil aliud comedēs:ad modicū infusi ciceris se astrinxit. Sed hec abstinendi z ieiunandi genera:in quibus ille vir sanctus exercebatur admirationi potius esse debent ꝙ imitationi. Nō enim ardua sanctorum exempla semper imitanda sunt:sed magis sepi⁹ admiranda ac corum cōsideratione faciliora hilariter capescenda. Abstinendi vero z ieiunandi forma quam imitādā discipulis suis camaldulensibus eremitis vir beatus reliquisse videtur:illa fuit:quam ille diuti⁹ per totū scilicet vite spatiū indefessa perseuerantia obseruauit. Ante omnia enim vt in vita eius a beato Petro Damiano descripta legitur. Vir sanctus dicere solitus erat abstinentie ac ieiunij propriā formā esse:non diē sine vllo penitus cibo transigere:sed quotidie comedere aliquid z semper esurire. Et quod verbis admonebat opere cōplēs quotidie quidē comedebat:sed tanta semper vtebatur parcitate:vt semper esurire potuisset: nisi spiritualib⁹ potiusꝙ corporalibus escis

saturari studuisset. Igitur post cenobitalem trium annoꝝ obseruantiam cum primum eremitice vite propositum arripuit: mos illi fuit ad antiquoꝝ orientaliũ eremitaꝝ imitationẽ per oẽm hebdomadaz quinqꝫ ɔtinuos dies panis modica ⁊ aque temperata pceptione ieiunare: sabbato ⁊ dominica die aliquantulũ rigorem relaxare ⁊ remissius viuere. quem viuẽdi ordinem quindecim fere annis cũ Petro vrsiolo ex venetiarum duce ⁊ Petro Grandenico ex senatorio ordine eremitis atqꝫ beati viri discipulis: aliquãdo etiã sarculis terras fodiẽs ⁊ ex labore manuũ suaꝝ viuẽs i agriculture labore ɔtinuato tenore seruauit. Erat illis quotidiani cibi mensura p singulos pars dimidia paxematij idest sicci aut biscocti panis dimidium: Petro tamen duci cum propter corporis magnitudinem ea modica panis mẽsura nõ sufficeret: quadrantẽ idest quartã partẽ huiusmodi panis superaddidit. Post multũ vero temporis cũ legisset ꝙ sanctus Siluester Pontifex maximus sabbatorum diem ieiunandum instituisset mox remissionem sabbati in quintã feriam cõmutauit ⁊ sic (infirmoꝝ imbecillitati consulens) prolixum quinqꝫ continuatoꝝ dierum ieiunium relaxationis huiusmodi interpositione facilius reddidit. Hanc igitur viuẽdi regulam ⁊ ipse vsqꝫ ad exitus sui diem seruauit ⁊ eam cũctis eremitice vite sectatoribꝰ reliquit: vt vnusquisqꝫ se tũc eremitice vite abstinentiam ⁊ ieiuniũ tenere cognoscat cũ p hebdomadã triduana secunde tertie ⁊ quarte ferie ⁊ biduana sexte ferie ⁊ sabbati ieiunia idest i panis tm̃ ⁊ aque perceptione obseruat quinta feria ⁊ dominicis diebus olera vel quodcũqꝫ legumen cũ gratiaꝝ actione percipiat: exceptis vtrisqꝫ anni quadragesimis in quibus non solum ipse beatus pater Romualdus: sed pleriqꝫ sui discipuli per totius hebdomade circulum soliti erant panis ⁊ aque continuare abstinẽtiã: ꝙdiu igitur btũs iste vite eremitice istitutor vixit: ⁊ multo tpe postꝙ ad eterne beatitudinis gaudia anno dñice icarnatiõis MXXVII. Etatis vero sue. CXX. eremitice ɔuersationis. XCVII. conscendit: hec fuit in eremo camaldulẽsi ex itegro forma seruata.

¶ De secũda ieiunij ⁊ abstinentie forma ꝙ ex antiquoꝝ eremitaꝝ moribꝰ a beato Rodulpho memorie traditis colligit. Cap. XXIX.

Quartus a beato Romualdo camaldulẽsis eremi prior beatus Rodulphus q anno dñice incarnationis. MLXXXIIII. ad huiusmodi ministrationem electus vsqꝫ ad. MCVII. annos vi

delicet viginti tres eremitis p̄fuit: camaldulẽsiū eremitaꝝ mores primus omnium qui ad notitiam nr̃am deuenerint: paruo admodum li bello ↄplexus est: in quo hāc quā secūdā dicere possumus abstinẽtie ⁊ ieiunij formam describit: a prima aut nihil penitus aut paꝝ valde immutata. Mos est enim (ait) in hac eremo camaldulẽsi degẽtib⁹ binas quadragesimas nō solū a caseo ⁊ ouis per omne tẽpus oīo se abstinere: sed pisces quoq; nullatenus edere: vel vinū bibere: nisi in solẽnitate sancti Andree: sancti Benedicti: sancte Marie virginis: ⁊ dominica in palmis atq; i cena domini. In his .n. quadragesimis mos est quinq; dies in pane ⁊ aqua ⁊ sale ieiunare: dñica ⁊ quinta feria cui placet cū aqua pulmẽtum tribuere: ⁊ sunt ẽt quidā qui tertiā quadragesimā: idest per quadraginta ante pẽtecosten dies ieiunantes similiter obseruāt. Per totū vero anni circulū extra binas quadragesimas p̄dictas mos est ⁊ vsus p vnā quāq; hebdomadam quatuor dies .ij. scilicet .iiij. ⁊ .vj. feria ac sabbato i pane ⁊ aqua ⁊ sale ieiunare: quam ieiunādi austeritatẽ ita inuiolabiliter eremite obseruabāt: vt festiuitate in qua duodecim lectiones in nocturnis vigilijs fieri solẽt: in illis abstinẽtie deputatis dieb⁹ occurrẽte: si feria .ij. accidisset differebant eam in .iij. si vero .iiij. feria in quintā si feria .vj. in sabbatū. Hic vero qua festū hmōi celebrabāt: pulmẽto ⁊ vino vescebantur: ita tñ vt trū ad minus dieꝝ per hebdomodas .ij. silicet .iiij. ⁊ .vj. ferie inuiolabiliter abstinẽtie rigorẽ obseruarẽt: vel alio quidẽ hoc modo. Si talis festiuitas .iiij. feria occurrebat: soliti erāt eadẽ die ipsam celebrare ⁊ vinū ⁊ pulmẽtū sumere: sed .ij. ⁊ .iij. feria ante talem festiuitatem panis ⁊ aque abstinentiā obseruabant: ⁊ si in .vj. feria talis festiuitas occurrisset eadẽ die illam celebrantes pulmẽto ⁊ vino vtebātur: sed .iiij. ⁊ .v. feria ante illam festiuitatẽ solitā panis ⁊ aque abstinẽtiam custodiebāt: ⁊ hoc pacto quatuor dīo in hebdomada p totū āni circulū tali panis ⁊ aque abstinẽtia vtebātur: octauis dñice natiuitatis: resurrectionisq;: ac pẽtecostes exceptis: in qb⁹ rigor abstinẽtie relaxari mos erat: ieiuniū tñ .vj. ferie minime soluebāt: nullā vero aliā p̄ter has tres (quas dixim⁹) hoc ritu octauas soliti erant celebrare: festiuitates aūt quasdā valde solẽniores nunq̄ soliti erāt permutare: in quibus quidẽ solemnioribus festiuitatibus p̄dictisq; tribus octauis atq; oībus extra duas quadragesimas dominicis diebus ac .iij. ⁊ .v. feria nisi qū in illis propter sequentes fe

stinitate abstinentiam obseruabāt: ⁊ in oībus preterea festiuitatibus in quibus duodecim lectiones celebrari cōsueuerāt (⁊ erāt hmōi festiuitates valde pauciores ꝙ nūc sint) mos erat eremitis ad comunem mēsam cū lectione ⁊ in cetero cū silētio reficere: in quibus dieb⁹ vsus erat duo cocta pulmēta: olus. s. ⁊ quodcūqꝫ legumen vel pisces et ⁊ quecūqꝫ edēti monacho sunt licita apponere. ij. iiij. ⁊. vj. feria ac sabbato nunꝙ mos fuit ad cōmunem mēsam manducare. Carnes preterea aut sagimen nunꝙ mos fuit edere sed oīa pulmēta ⁊ alia ꝙ esui pbebātur oleo ꝯdiebātur. Bilances quoqꝫ vnusqsqꝫ eremita i cella habere cōsueuerat qb⁹ panes pensabāt singuli vt debitā scirēt panis mēsuram seruare: hec vero ⁊ huiusmodi plura in eo quem diximus de eremitarum camaldulen̄ moribus libello a beato Rodulpho eiusdem eremi priore edito diffusius ac planius cōtinentur.

¶ De tertia ieiunij ⁊ abstinentie forma ꝙ in antiquioribus constitutionib⁹ eremi q̄s idē btūs Rodulph⁹ edidit ꝯtinet. Cap. xxx.

Idem beatus vir Rodulphus eremi prior qui mores eremitarum describens secundā quā diximus ieiunij ⁊ abstinentie formam demonstrauerat: postmodū magis distinctaꝫ ac ordinatā eremitice ꝯuersatiōis normā cōmissis sibi fratribus ⁊ posteris omnib⁹ eremitis tradere cupiens in alio quē de ꝯsuetudine camaldulensis eremi seu de vita eremitica scripsit libello latiorem aliquātisper abstinentie ⁊ ieiunij formam eremitis proposuit: quam tertiam abstinētie ⁊ ieiunij formam possumus appellare. Ubi abstinentie (ait) ante oīa talis debet esse moderatio: talisqꝫ sobrietatis ⁊ discretionis temperantia: vt carni nostre eam curam adhibeamus: qua valeam⁹ nutrire adiutricem: debita ministrando: nō perimere famulatricē subtrahendo necessaria. Sꝫ nunꝙ foueamus aduersariam sibi ꝯcedendo superflua: ita vt per abstinentie rigorem carnis ꝯcupiscentia extinguatur: non interimatur natura: carnalia desideria que militant aduersus animam interimantur: nō sensualia membra ꝙ aīe deseruiunt occidantur. Quam (vt sibi visus est) debite moderationis regulam insecutus: per diuersoꝝ temporꝝ varietates integrū anni decursum cōplectens: instituit in camaldulensi eremo talem obseruari abstinentie ⁊ ieiunij formam: vt scilicet a principio maioris quadragesime vsqꝫ in sanctū dominice resurrectionis pascha triduana ⁊ biduana obseruaretur abstinentia: idest secunda: tertia: ⁊ quarta feria

et postea sexta feria et sabbato panis et aque ieiuniū custodiret. Dominicis vero diebus et quintis ferijs duo ɔcessit pulmentaria cū additione pomoꝝ et alioꝝ nascentiū terre. Vinū aūt solū in prima quadragesime dñica: in Letare hierusalē: in ramis palmaꝝ: in cena dñi: in festiuitatibus beate virginis: sancti Benedicti et sancti Gregorij: (septē. s. diebus) indulsit. Sabbato vero maioris hebdomade qḋ abstinentie oīo deputatum iuxta hūc ordinem esse deberet: propter laborem officij precedentium dieꝝ et subsequentis festiuitatis biscoctum panem cū sobria perceptione vini voluit fratribus ministrari. In paschali hebdomada et relaxari abstinentiā et solui ieiunium instituit. postmodū vero: idest ab octaua resurrectionis vsqꝫ in pentecosten tribus in ebdomada diebus: secunda. s. quarta et sexta feria repeti abstinentiaꝫ ordinauit. Sabbatoꝝ vero dies simplici ieiunio voluit esse deputatos. In dieb⁹ rogationū a plurimis triduanaꝫ obseruari: secunde: tertie: et quarte ferie abstinentiam attestatur: ei⁹ vero institutio fuit vt cōiter secunda et quarta feria abstinentia seruaretur tertia vero earundē rogationum feria simplex ieiuniū celebraretur. In festiuitate sancti Marci propter letanias gregorianas simplex seruari ieiunium instituit. In vigilia pētecostes sic fieri ordinauit: sicut in sabbato sancto dictū est: vt. s. biscoctus panis et modicuꝫ vini ministretur. In octaua pentecostes sicut in octaua resurrectionis abstinentiam relaxari et ieiunium solui voluit: excepto ꝙ ieiunia quattuor tempoꝝ que in ea hebdomada occurrūt ecclesiastico ritu obseruari et sextam feriam abstinentie voluit deputari: ab octaua pētecostes vsqꝫ ad festiuitatem sancti Joannis Baptiste quattuor dies per hebdomadā idest secundā: quartā et sextā feriā ac sabbatuꝫ voluit abstinentie esse deputatos: tertia vero feria simplex ieiunium instituit: quinta feria et dominica die geminari refectionem ordinauit. A festo aūt sancti Joānis baptiste vsqꝫ ad idus septembris eandem quattuor per hebdomadā dieꝝ abstinentiam secunde. s. quarte et sexte ferie ac sabbati seruari: tertia vero et quinta feria cū dñica refectionē geminari instituit. Illud tñ a sancto resurrectiōis pascbate vsqꝫ ad idus septembris relaxationis mun⁹ indulsit: vt. s. quotiescunqꝫ festiuitas solēnis: aut de qua duodecim agantur lectiones in die abstinentie aut ieiunij occurreret: et abstinētia remitteretur: et solueretur ieiunium: que tñ festiuitates duodecim lectionū multo pau-

ciores erant eo tempore quam nunc sint. Ab idibus septembris usque in festum sancti Martini continuum servari ieiunium more regulari indixit quatuor diebus in hebdomada idest secunda: quarta: et sexta feria ac sabbato abstinentie deputatis: festiuitatibus vero in hoc tempore occurrentibus abstinentiam solui: ieiunium autem nequaquam relaxari voluit. A festo sancti Martini usque ad natiuitatem Saluatoris quadragesimalem instituit obseruantiam: ut sicut in maiori quadragesima premissum est: triduana secunde: tertie: et quarte ferie: et biduana sexte ferie et sabbati abstinentia obseruetur. Dominicis vero diebus et quinta feria cui placuerit pulmentum ministretur: vinum tamen per totum illud spatium quinque solum diebus dominica. s. in principio aduentus et in festiuitatibus sanctorum Andree: Nicolai: et Thome: sobrie ministrari voluit: in vigilia dominice natiuitatis sicut in sabbato sancto et vigilia pentecostes biscoctum panem et modicum vini indulsit: in die sane eiusdem dominice natiuitatis solui ieiunium permisit: ceteris vero per eandem hebdomadam diebus ieiunium nequaquam relaxari voluit: abstinentiam tamen diebus abstinentie deputatis solui concessit. Ab octaua vero dominice natiuitatis usque in octauam epiphanie continuum regulare ieiunium et trium per hebdomadam dierum: secunde. s. quarte et sexte ferie abstinentiam instituit: sabbatis simplici ieiunio deputatis. Ab octaua vero epiphanie usque ad initium quadragesime quattuor dierum secunde: quarte et sexte ferie ac sabbati seruari abstinentiam voluit: sic sane per totius anni integrum circulum decurrens: singulis temporibus quam deberent eremite abstinentie et ieiunij formam seruare apte docuit. Per totum anni circulum: quando dies sabbati abstinentie deputata est: occurrente aliqua festiuitate sunt etiam octaua que in diuino officio soleat celebrari: in accessu quoque ad eremum celebris alicuius persone: in labore quoque exteriori relaxari posse abstinentiam instituit: seruato tamen ieiunio: quod etiam fieri in sabbato utramque quadragesimam precedente voluit. Sanctorum vero vigilias que in ecclesia sub precepto statute sunt. Epiphanie quoque vigiliam et sanctorum Philippi et Jacobi que in usu secularium non sunt: abstinentie omnino deputauit. In omnibus diebus gemine refectionis aut simplicis ieiunij extra quadragesimas ad commune mensam tam spiritualibus quam corporalibus alimentis reficere fratres ordinauit idest cibum corporis cum sancta lectione communiter sumere eremitas voluit. In omnibus vero utriusque quadragesime diebus ac extra

quadragesimas diebus omnibus abstinẽtie deputatis in celllis singulos seorsuз reficere fratres instituit:illud quoqз ordinauit vt oib᷒ abstinentie diebus sup pauimẽto nudis pedibus sedẽtes reficerent: sacre lectionis librũ intuẽtes ac legentes: vt dũ fauces sumunt subsidiũ corporis:oculi quoqз pciperẽt cibaria mẽtis. Vinũ sicuti a monachis beatus Benedictus ita hic beatus Rodulph᷒ ab eremitis ꝙ maxime esse alienũ asseruit. Illos tñ qui ex toto a vino abstinere nõ possunt dieb᷒ quibus vinũ bibere indultũ est admonuit:vt sobrie parceqз hmõi potu vtantur: vt si cũ Joanne abstinẽtie austeritatez ferre nequeant cũ Timotheo saltem in vini vsu sobria sint parcitate cõtẽti. Pulmẽta ẽt quot ⁊ qualia essent eremitis ministrãda nõ tacuit instituens vt dieb᷒ quib᷒ ministrari duo possunt pulmenta eremitis vnum quidem de oleribus apponaẗ:alterũ vero cõmunib᷒ diebus ciceris aut ẽstiuarũ fabaꝝ alteriusue generis leguminuз: dominicis aũt diebus ⁊ quibusdam solemnitatib᷒ ex farina frumẽti aut farris administrari pulmẽtũ voluit:quib᷒ si oportunitas tulerit:aliquid pomoꝝ cepaꝝ castaneaꝝ aut huiusmodi terre nascentium addi possit. A kalẽdis vero Maij vsqз ad festũ sancti Martini diebus dñicis ⁊ quintis ferijs ac precipuis eo tempore solẽnitatib᷒ eduliũ recentis lactis apponi voluit:siqñ vero in summis solẽnitatibus (vt vulgo vocantur) tortaꝝ aut miliacioꝝ tortelloꝝ vel fritellaꝝ refectio eremitis cõcedebaẗ:nõ in eremo:sed in fontis boni hospitio parabãtur ac coquebantur:vinũ quoqз nõ in eremo seruabatur:sed ex fonte bono solitis diebus afferebaẗ. Debilibus vero ac senibus ⁊ cõplexione teneriorib᷒ siqñ dispensatio aliq̃ necessaria videreẗ:sapienter ac caute fieri iussit:vt.s. ita indigentibus pia exhiberetur discretio:vt nulla inde firmioribus noxia generareẗ dissolutio: ⁊ specialis alicui facta cõcessio:ad generalẽ alioꝝ cõsequentiaз non traheretur. Hãc beati Rodulphi abstinẽtie ac ieiunij formã quam tertiam appellauimus ita per plurimos annos caste ⁊ integre camaldulẽses eremite obseruare soliti erant vt postmodum relaxare eam aliquantulũ volentes sine pontificis licẽtia facere ausi non sint:extant .n. adhuc Innocẽtij tertij põtificis maximi plũbate littere sui põtificat᷒ anno nono ad porẽ eremi directe:in quib᷒ iter alia hec cõtinẽtur:ꝙ eremitis vt aliqd crudũ edibile quatuor diebus in hebdomada comedere de cetero liceat cũ in illis diebus panẽ ⁊ aquam cũ sale duntaxat ex institutis

sui ordinis comedere teneatur: dispensare queas: prout diuini nominis cultus & salus exigit animarum: autoritate presentium tibi duximus indulgendum.

¶ De quarta ieiunij & abstinentie forma que ex recentioribus constitutionibus a Oberardo eremi priore editis elici potest. Cap. xxxi.

Post plurimorum annorum decursum post multorum priorum eremi successiones tandem anno dominice incarnationis. M.cclxxviij. eremi administratio ad Oberardum secundum priorem deuenit: qui sub anno eiusdem incarnationis. M.cclxxix. sue administrationis. xv. cum consilio aliquorum eiusdem eremi reclusorum eremitarum duobus libellis vitam fratrum eremitarum complexus est: in quibus latiorem abstinendi & ieiunandi formam instituit: quam nos quartam appellamus. Nam primo in duabus anni quadragesimis non iam quinque vt antea fieri solebat: sed tres solummodo dies per hebdomadam secundam. s. quartam & sextam feriam abstinentie voluit esse deputatos: feria vero tertia & sabbato vinum: poma: nuces: ficus: cepas: & alios fructus atque alia acrumina eremitis indulsit: diebus vero dominicis & quintis ferijs vinum & pulmentum cum aditione acruminum ac pomorum concessit. In eo quoque antiquorum patrum institutiones relaxauit: quod in eisdem duabus quadragesimis quacunque die solennitas occurreret: plenam eremitis vini & pulmentorum refectionem ministrare instituit: idem quoque fieri in feria tertia secunde hebdomade vtriusque quadragesime concessit: illis nanque diebus quando anniuersarium priorum celebratur: vini & pulmentorum plenam refectionem concessit eremitis. Per octauam dominice resurrectionis relaxari abstinentiam & ieiunium solui instituit: sexta feria excepta: in qua relaxari abstinentiam permisit: solui autem ieiunium noluit: statuens omnino vt per totius anni circulum in sexta feria inuiolabiliter ieiunium seruaretur: neque vnquam in ea sexta feria oua aut caseus neque eremitis neque hospitibus possit administrari: nisi eadem sexte ferie die natiuitas saluatoris celebraretur. Ab octaua vero resurrectionis dominice vsque ad pentecosten tribus diebus in hebdomada secunda. s. quarta & sexta feria abstinentiam obseruari instituit: in rogationibus vero feria tertia & in festo sancti Marci propter letanias gregorianas simplex ieiunium ordinauit. Per octauam autem pentecostes feria secunda tertia & quinta abstinentiam relaxari & solui ieiunium permisit quartam feriam & sabbatum propter ieiunium quatuor temporum simplici

ieiunio:feriā vero sextā abstinentie deputauit. Ab octaua penteco-
stes vsq3 ad festum sancti Joannis Baptiste non iam quatuor (vt
priores) sed tres tm̄ dies abstinentie deputatos esse voluit: secundā
scilicet quartā & sextā feriā: tertiā vero feriā & sabbatū simplici ieiu-
nio deputauit. A festo vero sancti Joānis Baptiste vsq3 ad id⁹ sep
tembris tribus diebus: feria. s. secunda: quarta: & sexta rigorē absti-
nentie inuiolabiliter obseruari decreuit. Alijs vero per hebdomadā
diebus vini & pulmentoꝝ refectionē ꝯcessit. Illud quoq3 instituit vt
a sancto paschate vsq3 ad idus septembris quacunq3 die festum oc
curreret: de quo duodecim lectiones agerentur: & abstinentia relaxa
retur & frangeretur ieiunium: exceptis diebus in quibus ecclesiasti-
co more ieiunia sub precepto celebrantur: & sexta feria in qua semp
etiā solēnitate in ea occurrente simplex ieiuniū ordinauit. Ab idib⁹
vero septembris: vsq3 ad festum sancti Martini & a natiuitate dn̄i
vsq3 ad initium quadragesime tribus diebus voluit abstinentiā ob
seruari: secunda. s. quarta & sexta feria: sabbatū vero simplici ieiunio
deputauit: tertia aūt & qnta feria cū dn̄ica die vinū & pulmēta eremi
tis ꝯcessit. Illud quoq3 indulsit vt ab idibus septembris vsq3 ad sā-
ctum resurrectionis pascha festo de quo duodecim agātur lectiōes:
qualicunq3 die occurrente relaxato rigore abstinentie: ieiuniū (quia
regulare est) oio seruaretur. Multa preterea alia relaxauit: per to-
tum. n. anni circulū extra duas quadragesimas dieb⁹ abstinētie de
putatis fructus & acrumina quecunq3 comedere concessit eremitis.
Preterea quoties propter aliquā vigiliā abstinentie deputatā que
diem abstinentie subsequaf: duo videbātur ꝯtinuati abstinētie dies
instituit: vt precedēti die etiā ꝙ abstinētie deputata videretur: vinū
eremitis ministrari deberet. In octaua quoq3 assumptionis beate
virginis instituit: vt sicuti in octaua dn̄ice resurrectionis quotidie re
laxaretur abstinētia & solueretur ieiuniū: sexta feria excepta in qua
voluit ieiuniū obseruari. Vigilias tn̄ sanctoꝝ q̄ sunt ab ecclesia in-
stitute: epiphanie quoq3 & sancti Philippi & Jacobi que in vsu secu
larium nō sunt & quatuor beate virginis vigilias abstinētie omnino
deputauit. Illud aūt quod a beato Rodulpho primitus fuerat insti
tutū nō permutauit: vt. s. omnibus diebus vtriusq3 quadragesime &
extra quadragesimas oibus diebus abstinentie deputatis singuli i
cellulis seorsum reficerent eremite & semp abstinentiā celebrantes

nudis pedibus super pauimento sederent librū sacre pagine intuentes et legentes: que abstinentie et ieiunij forma si ad predecessorum institutionibus antiquorum eremitarum obseruantie cōparet: multū valde defluxisse ab illa antiquiori obseruantia videtur. Si vero ad pñtis temporis tepiditatē ac negligētiā quis respexerit: districta sane multum valdeq3 austera abstinentie et ieiunij forma videri potest. Hec quanto tēporis spatio fuerit in eremo obseruata: nō plane potest intelligi: qm post istas Gherardi secundi constitutiones: recentior alia non legitur legitima eremitice vite institutio: quedam sane ad eremi institutionē pertinētia: per varia ordinis capitula diuersis temporibus ordinata sunt: verum ea que nunc tēporis quo ad ieiunij et abstinētie modū apud nos habet et obseruatur institutio: nullibi lr̃is expzata legit: successiuaq3 ↄsuetudine potiusq̄ regulari aliqua scriptura tenetur. Nos vero ad eā describendā iā accedamus.

¶ De quinta et nouissima ieiunij et abstinentie forma quā s̄m presentis tēporis ↄsuetudines seruare habent eremite. Cap. xxxij.

Premissis antiquioribus abstinentie et ieiunij districtioribus sane atq3 austerioribus formis vt que preponenda est laxior atq3 indulgentior obseruantia libentius suscipiatur: iā presentis temporis ↄsuetudines referende sunt. Ante omnia firma inuiolabiliq3 institutione custoditur: vt nunq̄ neq3 sani neq3 infirmi eremite: neq3 hospites religiosi vel seculares in eremo vel circa eremum intra spatium per cruces ligneas signatum carnes aut aliquod sagimen: vel brodium aut aliquid in quo aliquid carnis sit comedant: sicut iam p ccccc: et amplius annos a prima eremi ↄstructione vsq3 ad hec tempora miraculosis etiā signis apparentibus obseruatū est. Deinde illud obseruetur: vt per totū anni circulū duodecim aut tredecim exceptis solēnissimis diebus singuli eremite in cellulis seorsum comedunt: nunq̄ tū possunt sibimet aliquod pulmentum quod. s. pro pulmento dari soleat: vel pulmenti spetiē habeat in cella decoquere aut parare: sane fructus et acrumina (qū illis vesci licet) panēq3 aqua infusum cū sale: sed sine olei additione decoquere etiā in diebus abstinentie possunt: semperq3 oībus eremitis vna die cadē penitus nō diuersa diuersis vllo pacto pulmenta ministrentur: nisi forte infirmis cū maioris licentia diuersum aliquod preparetur. Quodcunq3 gen⁹ pulmenti vno die receperint: illud aut aliquā illius partem in sequētem

tem die nõ reseruant. s quod minus comederint: reddunt coquine: alijs quibus opus erit ministrandũ: quod aũt mane suscipiũt qñ geminatur refectio: illud in sero comedere prohibitum nõ est. Caseum sane fructus ⁊ alia edulia que in coquina nõ preparant in plurimos dies reseruare nõ incõgruũ est. In vtraq₃ quadragesima idest a dominica quinquagesime vsq₃ ad pascha resurrectiõis ⁊ a festo sancti Martini vsq₃ ad natiuitatẽ dñi tribus in hebdomada diebus videlicet secunda: quarta: ⁊ sexta feria in pane ⁊ aqua cũ sale sine aliquo alio additamento abstinentiam obseruant. Cũ debilibus aũt ⁊ delicatioribus humiliter petentibus potest de vno tantũ fructuum genere dispensari: hoc tñ ita caute ⁊ prudẽter fiat: vt sanis ⁊ robustiorib⁹ relaxatiõis occasio nulla tribuaẽ. Licet aũt qb⁹ placuerit ẽt paꝝ reqlitie vel feniculi aut aliquid simile dũmodo vnicũ tñ rei gen⁹ apponaẽ in aq̃ decoquere: vt sanior ⁊ gustabilior reddaẽ: mel tñ aut qcq̃ tale p qd aqua ad speciẽ vini deduci videatur: nũq̃ pmittiẽ apponi. Feria tertia ⁊ sabbato in eisdẽ quadragesimis nunq̃ nisi vnũ solu₃ pulmentũ ministratur: cui possunt addi cuiuscunq₃ generis fructus qd ieiunij gen⁹ nũc biduanas vocãt. Sicui aũt illis dieb⁹ placuerit cepas herbulasue aliq̃s seu radices crudas aut coctas cũ sale ⁊ aceto ac paꝝ olei ꝯditas (quod genus edulij vulgari vocabulo insalatã vocant) sumere: pulmentũ dimittit: ne duo simul pulmẽta sumpsisse videatur. Quinta vero feria cũ pulmento pisces si adsint: aut aliqđ aliud eduliũ ministratur: ita vt duo semp ea die pulmẽta accipiant. Dominicis aũt diebus idẽ in mane obseruatur: vt duo pulmẽta q̃lia possunt haberi ministrentur. In sero aũt vnu₃ tñ eduliũ illudq₃ piscium: si possint haberi tribuatur. Nouerint tñ eremite antiquis ꝯstitutionibus ꝯtineri vt in quadragesima pisces nõ comedant: quod non solũ religiosis ⁊ eremitis sed secularibus etiã hominibus necessario obseruãdũ esse videretur: nisi ꝯtraria aut ꝯsuetudo aut abusio aliter suaderet. Eodem nãq₃ sacroꝝ decretoꝝ canone: quo in dieb⁹ quadragesime carnes ⁊ oua ac lacticinia nõ comedenda dicuntur: pisces quoq₃ (nisi minutuli aliqui) penit⁹ prohibetur. Hec aũt dicta sint nõ vt necessitatẽ abstinẽdi se a piscib⁹ eremitis aliquã imponam⁹: s vt q vel sacroꝝ decretoꝝ vel antiquaꝝ eremi institutionu₃ zelo ac reuerentia sponte abstinere voluerint: ampliorẽ mercedẽ se consecuturos intelligant. Si in vtraq₃ quadragesima in diebus abstinentie

deputatis solénitas aliqua occurrerit:mos est abstinentiã relaxare: ieiuniũ vero custodire:quod fit etiã si bis in hebdomada hoc ɔtingerit:hoc tñ inuiolabiliter custoditur:vt semel saltē in hebdomada tam in quadragesimis ꝙ extra abstinentia seruetur:idest nunꝙ per quascunqꝫ solénitates ita relaxatur vt nõ vnius ad minus diei abstinentia custodiatur. Sabbato maioris hebdomade:licet propter sequentis pasce reuerentiã abstinentia seruari debuisset: tñ propter laborem tã precedentium ꝙ subsequentiũ officioꝝ: antiquiores ɔsueuere cum biscocto pane ꝛ modico vino ieiunare. Nunc aũt ad illud relaxatum est:vt vnũ cũ vino pulmentum sine oleo tñ quodcũqꝫ sit: pisciũ etiã si adsint accipiãt:recte nihilominꝰ faciẽt eremite si ꝓ tante solénitatis reuerentia maxime cum labor diuini officij (propterea quia nõ canitur) modicus sit:ea die panis ꝛ vini cuꝫ fructibus perceptione sine pulmẽto ɔtenti fuerint: ꝛ hec est vtriusqꝫ quadragesime obseruatio. Extra aũt duas quadragesimas illud ante omnia inuiolabiliter penitus obseruetur vt ab idibus septẽbris: idest a festo exaltationis sancte crucis:vsqꝫ ad sanctum pascha ieiuniũ quod regulare est:nunꝙ frãgatur nunꝙ dispẽsetur: ita vt neqꝫ ẽt in die dominice natiuitatis nisi die dominico venerit refectio geminetur: in festo sane sancti Martini post quem diem statim incipit quadragesime obseruatio introducta est olim consuetudo vt bis reficiant fratres:ita tñ vt in sero nõ cena proprie:sed collatio quedã tñ:de prãdij potius aliquibus reliquijs ꝙ de aliquo in sero cõfecto loco cene prepararet:mensa quoqꝫ nõ penitus vt in ordinaria refectione: mantili cooperta sed per mediũ eius angustiori deducta tobalea ad denotãdum non ordinariam cenã sed indulgentiorem tñ collationem concessam esse:cui siquis (permittente maiore) adesse noluerit non de singularitate notet:ꝫ de obseruantia potius cõmẽdetur. Preterea per totum anni circulũ sexta feria abstinẽtia obseruat: ita tamen vt si ea die solénitas aliqua occurrerit:in aliam ꝑcedentẽ aut sequentem diem abstinẽtia transferri possit:dũmodo sine vlla trãsgressiõe aut intermissione semel in hebdomada abstinentia custodiat: in quibꝰ tñ abstinẽtie diebus (quod in quadragesimis cõcessum non est) cuꝫ pane ꝛ aqua cuiuscũqꝫ generis fructꝰ ꝛ acrumina ẽt cocta nõ tamen oleo aut aceto cõdita:eremitis licet comedere; ab omni tñ mixtione que pulmenti speciem referre possit debent abstinere:ꝙ si ẽt a recen

tibus nuis que paꝝ a vino aut nihil differre videntur:se sponte absti
nuerint abundātio꜉em mercedem sunt recepturi. Sꝫ ꝛ illud inuiola
biliter custodit: ꝙ feria sexta ēt solēnitate in ea occurrēte ꝛ ꝓpterea
in aliam diē permutata abstinentia ēt extra temp⁹ regularis ieiunij
semp ieiuniū obſuat. Neqꝫ vnꝙ licet sexta feria eremitis aut hospi
tib⁹ seu operarijs nisi grauiter infirmis oua aut caseū ministrare qḋ
ꝛ in vigilijs ab eccl̄a institutis ꝛ quatuo꜉ anni tēpo꜉alib⁹ ēt circa ho-
spites ꝛ oparios obseruatur: eremite aūt in illis seruare abstinentiā
vel ieiunium consueuerūt. Excipitur ex hoc o꜉dine dominice natiui-
tatis dies ꝛ festū beati patris Romualdi in quibus ēt si sexta feria
fuerit: oua ꝛ case⁹ tā eremitis ꝙ hospitib⁹ solēt ministrari. Quoties
vero sexte ferie abstinētia in alium diem permutatur: possunt qui vo
luerint sine alia particulari licentia ēt in sexta feria abstinentiam cu
stodire: nisi fo꜉te ea die communi mensa reficiāt. Illud quoqꝫ per totū
anni circulum vsqꝫ ad hanc diem obseruari consueuit vt secunda ꝛ
quarta feria ꝛ sabbato si feriale officium agitur districtius eremite
viuant: illis. n. diebus feriali officio currente: semper in pane ꝛ vino
cū vnico pulmento sine ouis ꝛ caseo ieiunare soliti erant: qḋ ieiunādi
genus simplex ieiuniū vocāt: in quo solū quadragesimalibus cibis
vti permissum ē. Habita aūt regule consideratione: que instituit: vt
quarta feria per estatem: si labo꜉es agroꝝ nō habeāt fratres aut ni-
mietas calo꜉is nō vigeat (quē quidē ab eremo nostra sunt multum
aliena) ieiuniū seruetur: perpēdētesqꝫ sup꜉adictū ieiunij gen⁹ valde
variū incertum ac ino꜉dinatuꝫ esse: cū aliqñ cōtingat quater in heb
domada ieiunare: aliquando vero sine tali ieiunio multas ꝑtransire
hebdomadas: his nouissimis constitutionibus o꜉dinatum est: vt il-
lud genus ieiunij penitus auferatur ꝛ eius vice semper quarta feria
tpe ēt paschali ieiuniū obseruetur: in qua a sancto pascha vsqꝫ ad
idus septemb꜉is si festū aliquod occurrerit possint oua ꝛ caseus ieiu
nantibus fratribus ministrari: si vero feriale aget officiū quadrage
simalibus solum cibis ieiunantes se reficiant: simplexqꝫ ieiunium vt
fieri ꝯsueuerat obseruet. Ab idibus aūt septēb꜉is vsqꝫ ad sanctū pa
scha semper in quadragesimalibus cibis simplex ieiuniū. i. cū vnico
pulmento obseruetur: ꝛ occurrente ea feria quarta solemnitate tale
ieiuniū ad aliā eiusdē hebdomade diē quā maio꜉ statuerit trāfferat.
Nec p꜉opterea ꝙ in eadem ebdomada vna vł plures vigilie ꝗ de-

bitum exigunt ieiunium occurrerint:tale quarte ferie ieiuniū dimitte
tendum aut relaxandum est. Que ieiunādi forma si recte conside
retur: sicut pro certo magis ordinata magisq3 secundum regulam
esse videtur:ita non laxior sed districtior aliquātulu3 esse apparebit.
Preter hec omnib⁹ extra duas quadragesimas diebus gemine re
fectioni deputatis (plenissimis solū solēnitatibus exceptis) per totu3
anni circulum et a pascha vsq3 ad idus septembris ea in eremo par
citas obseruaē vt mane in prandio nihil aliud ꝙ vnicum pulmētum
ministretur:sine aliquo alio in coquina preparato additamēto. in se
ro idētidē vnicum tm̄ ouoꝝ aut quodcumq3 sit pulmentū (quod vul
gariter pictātiā vocāt) apponitur:cū quo etiā sicut ⁊ semp exceptis
abstinentijs ⁊ quadragesimaꝝ biduanis ꝯdite herbe:quas insalatā
vulgo vocāt:parari possint. Caseū sane i illis diebus:semel tm̄ i die:
vl' mane. s. vel sero (si talis esset dies vt posset in eo caseus comedi)
qui antiquiores in eremo sunt:eremitas sumere ꝯsueuisse testantur:
quia tm̄ ꝯsuetudo preualuit vt vtraq3 refectione caseo vtantur: hoc
vniuscuiusq3 discretioni ⁊ arbitrio permittiē:idq3 vnusquisq3 in hoc
agat quod magis libuerit. Trib⁹ diebus rogationū ⁊ vigilia sancti
Marci in quibus letanie occurrunt simplex ieiunium obseruetur.
Quotiens prioꝝ ⁊ eremitaꝝ aut parentū anniuersaria celebrantur:
quod ter tm̄ in anno fit:cū vino duo ꝯceduntur eremitis pulmenta.
Maximis precipuisq3 solēnitatibus ad cōe3 mensam cenobiali mo
re ordinate cum lectione ⁊ in cetero cū silentio cremite duobus pul
mentis appositis reficiunt. Lectio aūt in refectorio (excepto die san
cti Romualdi) sine aliquo cātu proferatur. Refecti vero in eccliā3
ad gratiaꝝ actiōes reddēdas per capl'u3 accedūt. Dies aūt in qb⁹
ad cōe3 mēsa3 refici ꝯsueuerūt isti sunt: Pascha resurrectiōis Do
minica pētecostes: Festū sancti Romualdi Celebritas ꝯsecratiōis
ecclesie: Festū oīum sanctoꝝ: Festū Saluatoris qd̄ titulū ecclie est:
Festū scti Martini: Dies dñice natiuitatis atq3 Epiphanie: Dñica
quinquagesime: Festū sancti Benedicti:⁊ Quinta feria i cena dñi.
In quibus diebus si gemine refectionis dies sit tā prandiu3 ꝙ cena
cōi sumitur mensa. Si vero sit dies ieiunij peracta decēti hora vna
legitima refectione:in sero imediate ante cōpletoriū discooperta mē
sa vinū cū paucis vnius tm̄ generis fructibus sumere volentib⁹ ap
ponitur:cū summo semp silentio:excepto ꝙ in festo sancti Martini

⁊ in dominica quinquagesime in sero nō in refectorio sed in hospitio refectio sumitur corporalis ⁊ incepta iā refectione silentiū soluitur. Modestia tñ ⁊ grauitas eremitica per oīa ab oīb⁹ seruetur ⁊ ad indecentes risus aut minus ponderata verba: quod cenobite aliqui illis diebus facere dicuntur nunꝗ̄ declinandū est: quādo etiā ad colligendum fenū vadunt eremite (mos.n.est postꝗ̄ per operarios incisum est fenum vt tribus aut quatuor diebus: nunꝗ̄ tñ in die abstinētie deputato: ad illud colligendū maior pars eremitaꝝ exeat) tunc post missaꝝ celebratione qui ad opus exituri sunt cōi mēsa reficiūt: ⁊ in sero vel extra eremū vbi laborauerunt soluto silentio vel ad eremū reuersi cōi quidē mensa seruato tñ silētio refectionē sumūt. Pisces si haberi possint extra quadragesimā semel in mense eremitis ministrentur. Sēp refecturi eremite benedictionē ciboꝝ pretermittunt: semper refecti gratiaꝝ referunt actiones. Reficientes vero si dies est abstinentie deputatus nudis pedibus super pauimēto sedētes nullo apparatu librum sacre lectionis intuēdo legentes reficiūt: alijs vero diebus posita ⁊ apparata mensa nihilominus libro supra mensā posito illumq; intuentes vel ꝯtinuo vel in principio saltē ⁊ fine refectionis legunt. Sꝫ ⁊ cibi semper ⁊ potus sobria parcitas modestiaq; in eo sumendo seruetur: vt oīs semp ingluuies: oīs voracitas: omnis etiā panis ⁊ aque nimietas: oīs crapula: oīs deniq; imodestia ⁊ in cōpositio a refectiōe eremitaꝝ longe sit aliena: neq; vnꝗ̄ vel transacti vel superuenturi ieiunij aut abstinentie occasione mensurā debitā aut modū in comedendo excedāt. Ad comedendū autē ⁊ bibendū nunꝗ̄ in refectorio aut i cella alijs vasis ꝗ̄ fictilibus aut ligneis vtantur. Hec est p̄sentis tp̄is laxior sane ac remissior multum valde ꝗ̄ vnꝗ̄ antea fuerit abstinentie ⁊ ieiunij forma: quā reclusi pariter ⁊ aperti tā monachi ꝗ̄ ꝯuersi in eremo inuiolabiliter obseruant: quā neq; in plus neq; in minus nulli vnꝗ̄ sine causa ⁊ licentia maioris preterire licet: que ne per aliquā occasionē vnꝗ̄ ampli⁹ adhuc relaxetur superioribus annis in capl'o florentino in quo inita est cum cenobitis vnio statutum est: ac deinceps per summū pontificē in priuilegio ꝯfirmatū: ne vnꝗ̄ per cenobitaꝝ cōsortium eremitice vite rigor imminuatur: vt neq; ordinis generalis neq; eremi prior neq; propria neq; capli cuiuscunq; authoritate antiquas eremi constitutiones secundū ꝯsuetudines que in presentiaꝝ obseruantur mo

deratus: relaxare aut per laxiorē viuendi modū immutare sine capli totius eremi consensu possit. Illud quoq3 additum est: vt qui tā laudabilem vitā relaxādo immutare tentaret: dei z sancti patris Romualdi indignationē (quā certe incurreret) nō mediocriter timeat. Restringere aūt sibiipsi dictas ꝯstitutiones nō statim oībus z indifferenter: sꝫ illis dūtaxat qui legitimo tempore recluduntur: aut etiaꝫ apertis postꝙ quatuor post professionē in eremo annos peregerint per illud ipsum caplm z p eandem summi pontificis ꝯfirmationeꝫ permissum est: vt. s. petita licet nō obtenta maioris licentia possint ꝑdicti obseruantiam arctiorē atq3 austeriorē in quibus sibi visuꝫ fuerit custodire: qui quidē tñ semp admonendi sunt: ne superiorꝝ suorꝝ ꝯsilium ac voluntatē vnꝙ spernant: z eam potius quā huiusmodi permissionem aut proprium affectum sequantur. Et siquid restringere in vita decreuerint: ad antiquas que superius hac de cā posite sunt eremi ꝯstitutiones recurrant: z eas nunꝙ maxime sine maioris benedictione transgrediantur. Quousq3 enim infra antiquaꝝ ꝯstitutionū limites ꝯtinentur minus in ꝯgruum videtur: si maioris nō necessaria licentia putetur: eos vero limites transgredi sine maioris licentia nunꝙ licere potest. Quod vero per dictum caplm institutum z per pōtificē ꝯfirmatum est: in hoc tendit: vt reclusi z qui quatuor annos professi in eremo peregerint antiquas ꝯstitutiones seruare: petita: licet nō obtenta: superioris licentia possint: quod sane si recte consideretur neq3 in congruum vllo modo neq3 cōtra regule dispositionem videbitur.

¶ De discretione z cura debilibus labore fessis senioribus z infirmis impendenda. Cap. xxxiij.

Siquis eremita fuerit: qui aut delicatiori corporis cōplexione aut aliquali indispositione nō ita validum ac sanum corp⁹ habeat: vt rigorem preposite abstinentie z ieiunij sine euidenti corporis nocumēto valeat tolerare: equū est: si ipse suam vel manifestam vel et occultam infirmitatē maiori significauerit vt illi penitus credatur et ꝙ infirmitas talis vel in vultu nō appareat vel oīo occulta sit: non enim religiosus frater id assereret nisi penitus verum esset: deinde decēs ē vt studeat maior ꝯsiderata debilitatis vel infirmitatis qualitate ita discrete z prudēter aliquali dispensatione illi succurrere: vt neq3 nimia relaxatione in totum eremitica soluat institutio: neq3 du

riori austeritate debilis aut delicatus frater infirmitatem aliquam graviorem incurrat:sic sapienter quoqȝ ꝛ caute fiat:vt ꝛ indigentib⁹ prebeat pia discretio: ꝛ fortioribus inde nō oriatur noxia dissolutio: ꝛ nunq̄ spetialis concessio ad cōeȝ trahatur cōsuetudinis formam: neqȝ olo de vnius necessaria indulgētia plurimoꝝ oriat culpabilis enormitas. Nouiter ad eremū venientibus cū minus sint abstinentijs ꝛ ieiunijs assueti:talis discretio habeatur:vt non statim ad oēm eremitice institutionis rigorem cogant:sed per aliqō tempus quedā nō multi momenti aliquantisper illis relaxent:vt paulatiȝ assuescāt: ꝛ non prima frōte rigidiori abstinētie facie deterreantur. Nouitijs quoqȝ quibuscunqȝ ante q̄ professionē emittāt:nūq̄ pmittat magis q̄ cōis hēt institutio: abstinendi aut ieiunandi formam restringere. His preterea qui vel in eremo vel extra ꝓ obediētia vel cōmuni vtilitate in labore manuū exercent:vel cōfecto aliquo laborioso itinere ad eremum redeūt vel alia de causa fessi labore sunt:pia aliqualis nō penitus relaxatio ſȝ moderata discretionis ratio habeat. Senioribus quoqȝ tāq̄ debilibus ꝛ infirmis prudens ꝛ pia discretiōis manus qñ ꝛ qualiter opus sit porrigat:senioribus nāqȝ ipsa senect⁹ continua infirmitas est. Infirmoꝝ vero ꝛ egrotātiuȝ (vt in regula ꝛ antiquis oibus cōstitutiōibus ordinatū est) maxima semp cura ꝛ prouidentia tam a maiore q̄ a ministris ad hoc deputatis habeatur: cuȝ ergo aliquis apud eremū vel aliquali febre vel quauis alia infirmitate ceperit laborat (q̄uis hoc dei gratia tū ob aeris salubritatē tum ēt ob animoꝝ trāquillitatē: rarissime in eremo accidere solcat) statim a maiore visitetur ꝛ eius haberi precipua cura tā de corpōris alimonia q̄ de mentis ꝯsolatione precipiat ꝛ si infirmitatis qualitas hoc exigere videbitur duos fratres quos infirmo fratri gratiores esse poterit intelligere:ad eius curam studeat deputare: quoruȝ alter sacerdos aut clericus sit:qui cum infirmo si poterit aut ipso infirmo saltim audiente die ac nocte officium diuinum persoluere debeat: alter vero de numero sit ꝯuersoꝝ qui necessaria ꝛ congrua paret ꝛ ministret corpori alimenta: amboqȝ infirmo fratri in omnibus studeant inseruire:tunc languescens frater potest ab omnibus eremitis omni hora diei post primā ꝛ ante ꝯpletoriū visitari in cellaqȝ infirmi fratris:qui reclusus nō sit:sine alia maioris benedictione:ꝑdictis horis intrare omnibus permissum est. Ad reclusum aūt fra-

trem licet infirmus sit nulli nisi his qui ad eius curam sunt deputati sine speciali maioris licentia ingredi licet: quãdiu aũt infirmo fratri placuerit in eremo permanere ꝛ nõ aliter illi maior per obedientiaꝫ iniunxerit qui deputati fuerint illi diligenter inseruiant: alij vero oẽs pro eo deuote orare nõ omittant: ꝛ ex eremo vel ex cella interim non amoueatur. Cũ aũt vel ipse ire voluerit vel maior sic fieri iusserit cũ duobus illis fratrib⁹ qui illi assignati fuerant si sic infirmitatis qualitas expostulare videbitur ad hospitium fontis boni infirmorumqꝫ domum si pedibus ire non valet vel iumento impositus vel fratruꝫ ẽt humeris (si op⁹ sit) delatus deducatur: vbi cibaria infirmis oportuna parari possunt: statimqꝫ medic⁹ (si opus est) aduocetur ꝛ sicut superius in illis capitulis in quibus d̃ fontis boni hospitio ꝛ de infirmoꝝ domo tractatũ est: iam plene est institutum omni cura ꝛ sollicitudine illi in omnibus prouideatur atqꝫ inseruiatur: qui si diutius laborauerit a maiore eremi ꝛ a fratribus eremitis frequenter visitetur: ita vt nulla pertranseat hebdomada in qua ad eum non aliqui accedant fratres eremite ꝛ ꝙdiu laborauerit orare pro eo vel in missarum celebrationibus vel in priuatis orationibus nõ omittãt. Cuꝫ vero conualuerit si pro pristinis reparandis viribus cum ꝯsilio medici congruum visum fuerit recreationis restaurationisqꝫ gratia illis duobus aut vno saltem ex illis comitante ad apriciora amenioraqꝫ loca ad eremum pertinentia accedat: prout ad musolee domuꝫ pro habitatione generalis olim non exiguis sumptibus: constructaꝫ aut ad vineam que eremitaꝝ dicit̃ apud Poplene abbatiam: ibiqꝫ tanꝙ conualescẽti congrua ꝛ honesta relaxatione vti liceat: nunꝙ tñ in alio loco preterꝙ in infirmitorio apud fontem bonũ possit carnes comedere: nisi hoc illi maior rationabili de causa cum senioꝝ cõsilio cõcesserit. Reparatis vero demum viribus ad eremũ eremiqꝫ sancte conuersationis vsuꝫ reuertatur: possit tñ illi ẽt per aliquot dies in eremo aliq̃lis relaxatio idulgeri. Si vo qd oibus aliqñ euenit̃ oportet obierit: quocũqꝫ loco id euenerit: semp corp⁹ i scala ꝯsueta p illi⁹ scale q̃ beato Romualdo apparuit memoria solitisqꝫ cerimonijs ad eremũ tumulãdũ dferat̃. Sic p oia dbilib⁹ delicatorib⁹ itineris vel cuiusuis opis labore mlto dfessis seniorib⁹ infirmis ꝯualescẽtib⁹ pia cura ꝛ prudẽs p oia discretio adhibeat̃: vt ꝛ humane fragilitati cuꝫ plena charitate cõsulat̃ ꝛ tñ cura carnis in delitijs nunꝙ habeatur.

¶ De silentio et summisse loquendi censura. Cap. xxxiiij.

Post ieiunij et abstinentie institutionem debilium et infirmorum cura interposita conuenienter fieri videt: si silentij atq summisse et modeste locutionis institutiones sequant: qm a prima eremi constructione per omnium cõstitutionũ diuersitates vsq ad hec nouissima tempora silentij regula abstinentie formã insecuta est: atq quotiens relaxata est austerioris abstinẽtie forma: totiẽs pari passu semper districtior silentij norma in latiorẽ inmutata est: vt nũc qdem quantum in abstinentie rigore: tm̃ in districtiori silentij obseruantia ab antiquioribus institutionibus pñtis temporis consuetudo declinata esse manifestissime videatur. Hec tñ vsq ad hec tempora obseruat silẽtij regula. In vtraq quadragesima perpetuũ inuiolabileq silẽtiũ obseruat: vt nulla die nulla hora nullo loco liceat eremitis sine maioris licẽtia loqui: licentia aũt si absq vrgenti necessitate aut honesta et decẽti oportunitate petat cocedẽda nõ ẽ. Preterea oib⁹ dñicis dieb⁹ ac festiuitatibus omnib⁹ q̃ secũdũ ecclie ritum a secularibus obseruantur: et omnibus preterea alijs solẽnitatib⁹ licet in seculariũ obseruantia non sint: sed et preter hec sexta feria per totum anni circulum silentium non soluitur: et si aliqñ relaxetur propter solẽnitatem vel in alium diem commutetur sexte ferie abstinentia: nam quotiẽs hoc fit et diẽs illa in quã abstinentia agitur et sexta feria silentio est deputata. Trib⁹ vero continuatis occurrentibus festiuitatibus vel diebus silentio deputatis media die competenti hora solui silentium consueuit. Preterea omnibus anni temporibus singulari obseruantia inuiolabiliter in his locis silentium custoditur: in ecclesia. s. et sacrario: in camera ignis q̃ sacrario coherẽti ecclesie vestibulo et vtroq vestibuli vestiario: in capitulo ac refectorio et in vijs omnibus que ad ecclñam et cellas ducũt: totum .n. eremi spatium pro claustro aut dormitorio computatur: ideo illud diligenter obseruent eremite qd antiquis constitutionibus et presentis temporis cõsuetudine habetur: vt in eremo idest intra coronam abietum que cellas cingunt: nũq̃ sub diuo idest sub aperto celo: neq in vijs neq in plateis aut in ortulis neq super ostijs cellulaẞ que in vias respiciunt etiã si sub tecto esse videantur neq vsq̃ alibi sub diuo loquantur: in officina quoq in qua tondentur eremite: quocũq die fiat tonsura (que tam in estate q̃ in hyeme singulis quindecim diebus semel et non frequentius fieri consueuit)

nunꝙ soluitur siletiū: omnibus preterea indifferēter diebus (vt moris est) secundū regule ordinationē inuiolabiliter obseruēt: vt nemo post cōpletorium loquatur: neqꝫ inter se eremite: neqꝫ etiā cū maiore: nisi vrgentissima ⁊ q̄ differri nō possit causa interuenerit: aliquid ue acciderit: quod ipsum maiorē nō oīo ignorare oporteat. Ipse quoqꝫ maior ante completorij signū ita oīa preuideat ⁊ caute ac prudēter ordinet ac disponat: vt necesse nō habeat: pro quauis causa post cōpletorium silentij violare sanctitatē. Seruatur aūt huiusmodi regulare silentiū vsqꝫ in sequentē diē: ꝙ si dies in qua soluendū silentium sit sequatur: ⁊ gemine refectionis dies sit nō soluit silentiū nisi none hore diuino officio persoluto. Si vero ieiunij dies fuerit expletis missaꝝ solēnijs ⁊ sexte hore diuino officio ꝯsumato solui silentiū ꝯsueuit oībus diebus preter eos in quibus seruari silentiū supradictum est: ⁊ hec vsqꝫ ad presentē diem obseruata est in eremo silentij ꝯsuetudo sed qm̄ nimis laxa videtur: si omnibus fere hebdomade diebus loqui eremitis permittatur ⁊ timendū nō est si aliquantulum restringatur: ne corporibus ⁊ sanitati aliquod inferatur detrimentū: sicut ex ieiunio ⁊ abstinentia timeri posset: si restringeretur. Ideo imposterū hac nimis laxa postposita ꝯsuetudine: in estate idest a sancto pascha vsqꝫ ad festum exaltationis sancte crucis cōpetentibus horis si gemine refectionis dies sit post nonā: si vero ieiunij post sextā trib⁹ tm̄ in hebdomada diebus: tertia. f. ⁊ quinta feria cū sabbato silentiū sol uatur. In hyeme vero: idest a festo exaltationis sancte crucis vsque ad quadragesimā duobus tm̄ in hebdomada diebus idest tertia ⁊ quinta feria post nonā loq eremitis pmittatur. Neqꝫ propter quascunqꝫ tres aut plures se inuicē subsequentes solēnitates vt antea fieri ꝯsueuit: silentij censura relaxetur. Occurrente vero in his dieb⁹ in quibus in estate vel in hyeme: solui posse silentium dictū est solēnitate aliqua: propter quā silentium illis diebus seruandū sit: liceat eos dies in totidē alios permutare. Ita tm̄ vt nunꝙ ampli⁹ ꝙ tribus in estate ⁊ duobus in hyeme diebus silentiū: cōpetētibus horis soluat. Sꝫ ⁊ hec quoqꝫ q̄ obseruari ꝯsueuerunt: curent obseruare: vt cū secularibus siue operarijs siue alijs quauis de causa ad eremū accedentibus: atqꝫ cum religiosis siue camaldulēsis siue alteri⁹ ordinis: qui de familia eremi non sint: nunꝙ loquantur sine speciali licentia: ſꝫ perpetuum ⁊ inuiolabile cum eis custodiatur silentium. Cum his

vero q in fonte bono aut alibi cōmorant z in familia eremi censent sine alia licentia loqui possunt: horis tñ quibus solutū sit silentiū. Sʒ z illa laudabilis est in eremo obseruanda consuetudo: vt nunq̄ professi cum nouitijs neqʒ nouitij cū professis sine speciali licētia loquātur: poterunt sane nouitij cū nouitijs diebus z horis quibus pro professis solutū est silentium inuicē loqui: nisi specialiter hoc illis a maiore vel a magistro suo prohibitū fuerit. In maioris aūt aut magistri sui presentia vel inter se vel cū professis aliquid loqui prohibitū illis non sit: nō tñ protrahere ad longum sermonē possint. Ad reclusos ēt fratres eremitas nemo accedere vnq̄ presumat nisi expressa z particulari precedente maioris licentia: que non facile nec frequenter z nullo modo in diebus silentio deputatis: nisi vrgenti aliqua occasione ɔcedatur. Reclusi quoqʒ ipsi: alicui in eremo aūt extra eremum cōmoranti ad eos accedenti nunq̄ loquantur: nisi tabellā cū sigillo eremi a maiore acceptā sibi ostendat pena aūt q̄ hec transgredientibus vt suo loco dicetur apposita est (z est quidē grauissima) nulliqʒ remittatur. In hebdomada sane maiorē quadragesimā precedēte per dies z horas quibus soluitur silentiuʒ eremitis oibus ɔceditur: vt quicunqʒ voluerint: ſʒ semel tñ singuli ad singulos reclusos sigillatim accedere possint: nō tñ cellā intrare: sed cū illis ad fenestrā moderate z nō diuturna mora loqui valeāt: nullo modo tñ violatis diebus aut horis silentio deputatis. Nisi forte reclusus aliquis quietis z silentij studiosus huiusmodi fratrum visitationē sponte recusauerit. Pro seruandi vero silentij studio: ne per leuē quālibet occasionē sine vlla necessitate ad loquendū frēs accedant: antiquiores eremi patres instituerunt: vt horis etiā quibus silentium solutū est: exeuntes ab ecclesia fratres diuini officij synaxi aliqua celebrata non solū i vestibulo ecclie aut ī vestibuli vtroqʒ vestiario vel alijs locis: in quibus loqui prohibitum est: sed neqʒ in locis in quib⁹ loqui licet: z omnino nullibi colloquendi gratia frater fratri iungatur: ſʒ ab ecclesia cū summo silentio quisqʒ ad cellā suā reuertatur z intret in eā q̄ si fratrem alloqui aut aliquo se transferre voluerit: ex cella discedens quolibet accedat: sic enim leues quedam tolluntur loquēdi occasiones: quibus sepius decepti: sine vlla penitus necessitate z extra quodlibet mentis propositum in multis inutilibus sermonibus: qui vt ait apl̄s ad rem nō pertinent minus cauti solent implicari. Que

quidem antiquorum patrum institutio penitus obseruetur: quia vero sub/missa et modesta loquendi forma silentij speciem habere videtur (vnde in euangelio Marie Martham sub silentio idest summissa voce dixisse legimus magister adest) ideo modis omnibus et omni custo/dia obseruent omnes eremite et seculares qui alicuius operationis vel alterius rei gratia ad tempus in eremo commorantur: vt summissa adeo voce loqui assuescant: vt numquam aliquis tumultus aut clamor aut al/tior vox possit in eremo audiri. Si duo aut plures apud quamcumque cellam vel alium quemuis locum consederint colloquentes ita moderate et summisse loquantur: vt illac aut de vicino transeuntes nullum neque mi/nimum colloquentium murmur aut sonum percipere valeant. Ta/lis enim decet eremitas collocutionis forma vt semper in eremo silentium esse videatur: quod magnum est omnis religiose et maxime eremitice vite ornamentum. Quoniam vero silentium non solum loquendo frangitur sed etiam et magis aliquando aliud quodcumque sonitus vel rumoris vel strepi/tus genus excitando: ideo inuiolabili obseruatione caueri solet: ne vnquam diebus aut horis silentio deputatis aliquid in cella vel extra cellam eremite operentur: quod sonitum aliquem aut strepitum fragorem ue possit causare: ne per manualia aliqua exercitia silentij decorem offendant et aliorum qui lectionibus aut orationibus ea hora forte vacant tranquil/litatem huiusmodi rumore ac sonitu valeant molestare. In quadrage/simis autem in quibus perpetuum seruatur silentium tertia et quinta feria solum hora competenti possint aliquid etiam extra cellam cum strepitu operari. Caueatur tamen omni tempore etiam si solutum silentium sit ne horis quibus vel misse celebrantur vel hore operis dei persoluuntur ab ere/mitis aut ab operarijs aliquid prope ecclesiam cum strepitu agatur. Se/culares quoque viri: siue hospites siue operarij sint qui eremum ingre/diuntur ab hostiario: quando vero in eremo existunt a quocumque si altius loqui aut clamare auditi fuerint vel horis quibus diuina celebrantur prope ecclesiam vel alijs horis competentibus cum strepitu operari visi fuerint modeste sem/per admoneantur vt nec clamoribus neque non necessarijs vocibus aut rumoribus eremitarum quietem perturbent: sed opera sua maiori qua pos/sunt tranquillitate ac silentio perficiant: maxime post completorium et horis omnibus quibus per diem diuinum in ecclesia officium aut sacra missarum mysteria celebrantur. In quibus sane horis nulla oc/casione aut eremitis concedatur aut alijs permittatur vel ligna incidere

Inter alias religiose vite obseruantias de tẽpore z modo dormiendi nõ exigua semp cura fuisse religionũ sanctis institutoribus minime latet. Quare satis decet eremitas circa horaꝫ formã ac modũ dormiendi solicita cura attẽdere vt sicut in alijs quibusdã cenobiticã regulã sic obseruant: vt districtioris obseruantie aliquid addant:ita in hac parte facere studeãt. Singulari igitur imprimis obseruantia custodiant:vt singuli per singulas cellas dormiant:z nisi maior pro aliqua necessitate ad breue admodũ tẽpus aliter dispẽsauerit:nunꝙ plures ꝙ vnus in vna cella dormire aut habitare permittantur. Nullus superueniẽs hospes etiã si frater aut pater esset: dormire cuꝫ aliquo possit eremita:qđ tã de secularibus ꝙ de camaldulensis vel cuiusuis ordinis religiosis intelligitur. Unica tñ occasione possunt ad tempus aliquod quãto breuis esse poterit duo i eadem cella habitare z dormire:qñ.s.plures erunt in eremo eremite ꝙ celle:aut plenis oĩbus cellis existẽtibus aliquis aduenerit:q̃ cupiat fieri eremita:tunc si sic disposuerit maior:ad breue aliquod tempus possint:aut duo iam recepti eremite:aut duo recipiendi:aut recipiendus cum aliquo alio eremita in eadẽ cella habitare z dormire: nũꝙ tñ in eodẽ lectisternio:sꝫ semp diuisi:si cõmode fieri poterit dormiãt: nunꝙ tñ simul duo aut plures in eadẽ cella comedere possint:sꝫ tunc tẽporis vel vterqꝫ vel alter eoꝝ prout maior iusserit in hospitio reficiat. Extra eremum idẽ facere studeant: vt semp in monasterijs singuli per singulas cellas vel per singulos lectos dormiant: nisi qñ vel angustia vel paupertate locoꝝ aliter fieri oportebit. In cõmunibus

tū i publicis hospitijs conuenientius erit ⁊ magis honestati ꝯgruū: si in eadē camera dormiant: ac secularium aliorūue quorūcūq3 con sortium euitare procurauerint. In eremo ad dormiendū secundum antiquas ꝯstitutiones ⁊ laudabilem loci ꝯsuetudinē habeant singuli qui voluerint sacculū plenū paleis qd re nulla alia ꝗ̄ paleis possit impleri: cooperimenta aut coopertoria duo nō nisi de lana q̄ vulgari ſmone carpetas appellāt si sint sine villis: aut sclauinas si sint villose ⁊ grossiores. Capitale habeāt paleis ipletū cū quo tū ⁊ plumeū puluinar habere possint. Nihil omnino lineū ꝓ lecti vsu habeant: excepto ipsius plumei puluinaris cooptorio: s3 neq3 subtilibus illis ex lana confectis linteaminibus vti possint que passim in cenobijs haberi solent. Pro hospitibus quoq3 in eremo matte lana bombyce vel pluma plene nullo modo habeātur: s3 oēs lecti paleis tm̄ sint substrati vt vsq3 in hunc diē districte obseruatū est. Siquis aūt sine sacco de paleis super nudum lecti tabulatum aut cū vno substratu palustribus iuncis intexto quem storiā vocant cū coopertorijs predictis de lana dormire voluerit: sicut magis decet eremitas: id sponte sua faciat maiorem mercedē habiturus. Loco etiā plumei puluinaris qui paleas habere voluerint cū benedictiōe dn̄i habere possint. Extra eremū idē quantum fieri potest (vt superiori capl'o dictū est) obseruetur. Uestiti preterea eremite ⁊ cincti (vt regule authoritas iubet) omni tempore dormiant. Uestitos aūt intelligimus nō si solā tunicellam ⁊ scapulare tenuerint: s3 cū preter hec vnum quoq3 aliud indumentū adeo longū vt saltē genua ꝯtegat habuerint. Immo recte facient si sponte propria sic induti dormierint: quemadmodum in die in cellis commorantur: ita vt eo modo quo dormiunt sine aliquo rubore ac sine aliquo intuentium scandalo (cū opus esset) exire in publicum possint. Decet quoq3 ad regule obseruantiam eadem dormientes indumenta habere que die ferunt: vt non habeant necesse illa permutare: sed statim facto signo possint ad diuinum officium accurrere. Ita vero tempestiue semper ad dormiendū se collocare studeant vt nullo tēpore necesse habeant post nocturnas vigilias dormire: nisi hoc cum particulari licentia pro quacunq3 necessitate fecerint. Meminerint quid beatus de hoc instituerit Benedictus cuius i regula hec sunt verba. Quod restat post vigilias a fratribus qui psalterij ac lectionū aliquid indigent: meditatiōi inseruiatur: quod

tur: quod nō aliter posse intelligi videtur nisi ꝙ tanta districtione decreuit ne post nocturnas vigilias aliquis dormiret: vt etiā illi q aut psalterio ad psallendum aut codice ad legendum aut lumine indigēt non possint se a vigilando excusare: sꝫ meditationi inseruire teneant: quod quidē sine psalterio sine codice ⁊ sine lumine fieri potest. Hoc si fieri post vigilias nocturnas tunc instituebat beatissimus Benedict⁹ qñ inter nocturnas vigilias ⁊ matutinas laudes aliqua mora intercedebat nūc ꝙ statiꝫ post nocturnas vigilias matutine laudes dicuntur q̄ ad diuinum officium pertinent: valde reprehensibilius est post ipsas matutinas laudes dormitare. Sꝫ ⁊ beati patris Romualdi auctoritas idem docet qui (vt in ei⁹ vita legit̄) vigilias temperate ⁊ cum maxima discretione faciēdas suadebat: ne cui fortasse ꝯtingeret vt sopori pactis nocturnis officijs ꝯsentiret: sane (vt ibidē scriptū est) hmōi somniū vir sanct⁹ in tm̄ hēbat exosum: vt siquis ei ꝯfiteret̄ post duodecim psalmoꝝ vigilias vel maxime circa diluculū obdormisse nequaq̄ posset eo die cū ei⁹ licētia sacra missaꝝ mysteria celebrare. Tantoꝝ igit̄ patrū monita violare nullo modo (maxime sine speciali licētia) debent eremite: p̄cipue cū facile fieri possit vt ea que ante serotinam dormitionem faciunt post nocturnas vigilias faciendas reseruent: ⁊ ita tempestiue dormire incipiāt vt nature necessitati ante vigilias nocturnas plene satisfiat. Qđ quidem vt facilius impleri possit: hoc studeāt custodire qđ nouissime institutum est: vt .s. omni tēpoꝛ āte signū p̄me hoꝛe vł saltē statiꝫ signo audito omnes se ad dormiendum collocent: scientes hec non seruantibus (vt suo loco dicet̄) nō mediocrē penā īdictā esse. Estatis vō tēpoꝛe qñ breuiores sunt noctes meridiana ꝑpter hoc dormitio īstituta ēst: vt quod minus habuit natura in nocte in die recipiat. Mīn⁹ .n. incongruum visum est in meridie ꝙ post vigilias nocturnas esse dormitādū. Unde a sancto pascha vsqꝫ ad idus septembris qñ nō ieiunatur (sicut per regulā dispositū est) possunt eremite post refectiōeꝫ vsqꝫ ad none hoꝛe signum dormire: diebus vero quibus ieiunatur ⁊ propterea hoꝛa nona reficiūt: dormitioni deputata esse ītelligat̄ quelibet hoꝛa post corporalē refectioneꝫ vsqꝫ ad vesperas: ita vt p duas horas ⁊ nō amplius. Alijs vero horis diurnis nullo tempore sine licentia dormire cōceditur: excepta dominica in ramis palmarum in qua antiqua consuetudine meridiana dormitio sicut in estate ꝯcessa

est. Varietas sane cōplexionuз ꝛ etatum plus ꝛ minus dormitione indigere videtur: tñ vnicuiqз ēt secūdū medicoꝝ deffinitiones suffi-cere existimatur si ex xxiiij horis diei septem dormiat. Cui tñ plus opus est: plus ille accipiat: dūmodo in nocte post nocturnas vigilias sine speciali licētia ñ dormiat: ꝛ in die extra deputatas horas somno volūtarie nō ꝯsentiat: nisi ꝑ aliq̄ necessitate cū benedictiōe maioris.

¶ De disciplina ꝛ cilicio. Cap. xlj.

SIcuti nulla est tam recte arcteqз instituta religio: ex qua non possint per antiquissimam ꝯsuetudineз ꝛ sedis aplice decreta quibus hoc cordi esset ad eremū camaldulēseз tanq̄ ad ꝑfectiorem ꝛ arctiorē vite institutionē trāsire: ita sane nulla debet esse in quauis religione instituto ad ꝑfectionem ptinēs que in camaldulēsi eremo non obseruetur. Cum igitur plurime religiones per instituta ꝛ ꝯsue-tudines habeant: vt alie quidē oībus noctibꝰ in cōmuni oratorio: alie bis in hebdomada in ecclesia: alie semel in dormitorio per hebdo-madā volūtariā flagellationē disciplinā vulgo nuncupatā exerceāt: indecēs valde esset nisi in eremo huiuscemodi institutio haberetur. Hoc tñ antiqui eremi patres prouiderunt: vt hec nō quasi ex debito sed sponte propria nō in cōmuni sed vnus quisqз in cella sua: vbi nul lus arbiter esse posset nisi solus deus: peragerent: vt ꝛ spontanee ob-lationis copiosior merces esset: ꝛ priuatum sacrificium omni hu-mane laudis macula careret. Consueuerunt igit̄ (vt in antiquis ꝛ re cētioribꝰ eremi constitutionibus legit̄) deuoti eremite bis in die. s. expleto cōpletorio cū summo silētio ad cellas reuertētes ꝛ in aurora vel peractis matutinis laudibꝰ se nudis renibus cum septē psalmis penitētialibus flagellare: quosdaз ēt multoties totū psalterium iugi flagellatione cōcomitāte ꝑficere solitos fuisse memorie traditum est. In capitulo quoqз vbi omni die dominico antiquitꝰ cōgregari sole-bant: publica cōmuni cōfessione premissa verberum ictus sup nuda membra oēs de manu maioris: ipse aūt maior postmodū de manu illius qui antiquior erat suscipiebant: non profecto tā cruciandi cor-poris causa (qm̄ grauiora sibi ipsis in cellulis supplicia infligebāt) q̄ dominice passionis ꝛ humilitatis exempla sectandi studio: ad confu-sioneз illius qui est rex super oēs filios superbie: in tm̄ vt q̄dam ener guminus (sicut beatus scribit Rodulphꝰ) in partibus etrurie qui solo die dominico vexari solebat cū interrogaret̄ vbi ceteris diebus

latitaret:per totam inquit hebdomadam apud camaldulēsē eremū habito:sꝫ dominico die cū disciplinis quas humilitates intuitu spōte patiūtur me ꝓcul expellūt. Hec aūt ideo dicta sint:vt oēs intelligāt quante virtutis sit spōtanea p disciplinas non tm̄ corporis cruciatio ꝙtū cordis humiliatio:ꝛ hec intelligētes ad istius institutiōis suāde amorē rapiātur:ꝛ qd̄ sponte faciūt his incitati patrū antiquoꝝ exem plis ꝛ admonitionibus libentius ꝛ abundāti⁹ faciant ꝛ laudabilem discipline cōsuetudinem cōseruare atqꝫ augere conentur. Mos.n. et his nouissimis tēporibus (qñ oia declinasse videtur) in eremo est vt fere singuli eremite disciplinas alij aspiores alij leniores habeant eisqꝫ diuersimode vtātur ꝓut vnicuiqꝫ propria suadet deuotio aliq enim singulis quibusqꝫ diebus exceptis dominicis ꝛ solēnitatibus cū tribus psalmis ꝛ quibusdam accōmodatis orationibus:alij cum septem psalmis singulis oio diebus:qdā ter in hebdomada:nō nulli sexta solū feria:alij quoties aut carnis aliqua insurgit tētatio aut tur pis aliqua animum pulsat cogitatio ꝙdiu talis enormitas discedat se flagellare solent. Hec aūt cōmemorasse nō incongruū fuerit: vt q hec faciunt perseuerare studeāt:qui aūt minus hoc facere soliti sunt alioꝝ exēplo excitenť. Ad maiorē aūt pertinebit curare vt vnusqsqꝫ in cella secūdū cordis sui desiderium flagellū hēat qd̄ disciplinā vo cant. In caplo vero sexta solū feria maioris hebdomade generali premissa ꝑcedēti die cōfessione ꝛ plenaria absolutiōe a maiore susce pta:ipsi⁹ maioris manib⁹ oēs recipiūt disciplinā: nō tñ parte aliqua corporis eo in loco detecta. ¶ Ciliciū quoqꝫ qd̄ quarūdā religionū institutiones necessario deferri iubēt: in eremo secundum antiquas cōstitutiones omnibus offerri ac prouideri a maiore debet: vt q vti eo voluerint possint:nō tñ alicui necessitas imponať: sed attendatur vt vnusquisqꝫ secūdum animi deuotionē atqꝫ corporis vires:cum di scretione(que precipuū est oium virtutū cōdimētum)spōte propria offerat deo(ꝙtū sustineť valet)hmōi corporis afflictōes. Venientes igiť ad eremū cū habitum suscipiūt eremiticum vel saltē cū ꝓfiteri voluerint admoneantur:vt sciāt se posse(si voluerint) cilicium defer re:ita vt omnibus ꝓponať vel saltim petētibus sine vlla negligētia tribuatur. Qui autē hoc penitētie gen⁹ arripere voluerint:aduertāt ante oia vt(ꝙto magis fieri pōt)secreto id faciāt:nisi aliqñ ad idem alijs ꝑsuadendum illud se deferre omni humilitate significēt: vt aūt

omnis effugiat immunditia freq̃nter lauetur muteturq; cilicia:nisi.n. magna cura adhibeatur diuersi generis imunditias generare solet q̃ postea nec dormire nec orare nec quiescere p̄mittunt:qđ quidem diuersimodū genus imunditie in oībus(q̃tum fieri pōt) euitādum est: vt absq; vlla vexatione ꝛ spiritualia ꝛ corporalia opa alacriter ꝛ cū grauitate fieri possint. Hoc vō scire oēs decet ꝙ disciplina ꝛ cilicium minus corpus affligunt si eorum continuum vsum habeamus q̃ si aliquando hec intermittant:nā consuetudo penā afflictionis aufert: vbi vero aliquādo intermittit:iteratio nouā semp hēt afflictionem. Illud demum ꝛ in his ꝛ in oībus alijs diligenter obseruare studeāt eremite:vt secundum apostoli sententiam qui manducat nō manducantem non spernat:ꝛ qui non manducat manducātem non iudicet. Unicuiq;.n.datur donū dei:alij quidem sic:alij sic:ꝛ qui in vno deficit in alio frequēter abundat in quo deficit qui in alio abūdabat. Et (vt sancti patres diffinierūt) plerūq; in eodem genere actionis qui minus agere exteri⁹ videtur vel propterea ꝙ minores vires habet vel q2 cōtra cōsuetudinem grauior est illi pugnā:vel propterea ꝙ ardētiori affectu ꝛ abundantiori humilitate agit plus in mente ꝛ ante cōspectū dn̄i operatur q̃ ille qui exterius maiora opari videbatur:ꝛ sepe parua ꝛ exiguā facientes(q2 totum faciunt qđ possunt)quasi in vidue oblationis q̃ totū obtulit qđ habuit eos qui magna ꝛ ingētia operant antecedunt:cum illi plus ēt facere potuissent:isti aūt totum qđ poterāt obtulerunt. Que qdem dicta sint vt nullus vel in magnis abstinētijs ꝛ corporis afflictionibus glorietur:vel supra alios extollatur. Nullus quoq; propterea ꝙ que alij faciunt facere non possit nimia deiectione premat. Sed oēs pariter quod possunt cum humilitate ꝛ cordis puritate facientes iustificationem non ex operibus suis sed ex visceribus misericordie Iesu xp̄i per ei⁹ sanguinem in fide spe ꝛ charitate prestolentur.

¶ De Priore seu Maiore eremi eligendo. Cap. xlij.

Iam post eremiticas cōstitutiones de illius dicatur institutiōe qui eremiticas ipsas cōstitutiones prius addiscere: postea non solum verbo sed exēplo quoq; eas obseruando alios docere possit. Post.n.eremitice vite regulā ille proponendus est cuius magisterio solicitudine ac cura ipsa eremitica vita possit efficaciter obseruari. Prior igitur siue Maior eremi qui omnibus prefuturus est ere

initis: ante oīa singulis annis eligend⁹ est: vt (qd hac tēpestate oēs recte institute religiones habent) nō monarchie sed reipublice poti⁹ formā eremitica retineat ɔuersatio. Eligatur aūt a diffinitorib⁹ capituli generalis camaldulensis ɔgregationis quod singulis cio annis inuiolabili sanctione celebrat: ea in eligendo forma ac institutione penitus seruata que seruari solet in cenobitaꝝ abbatū ꝛ prioꝝ electionibus: ꝗ primo semper loco ante oēs ɔgregationis prelatos eremi prior seu maior eligatur. Et sicuti neqꝫ reliquoꝝ locoꝝ congregationis in prelatum ita neqꝫ in eremi priorē seu maiorē vltra tres annos vnus idē eligi possit: nisi ɔcurrentibus in eandē sententiā oībus eiusdē capli diffinitoribus ꝛ duab⁹ ex tribus partibus eremitarum hoc fieri supplicantibus. De eligendi aūt persona ꝗuis grauis auctor Petrus Damianus in ea quā eleganter scripsit eremitaꝝ regula cauendū oīo esse dicat ne de monasteriali seu cenobiali institutione eligatur licet prudens sit ꝛ doctus vel regularibus disciplinis videatur instructus: ꝛ ꝗuis hoc ipsum ratio manifesta suadere possit: vt qui eremitis preesse debet ꝛ vt eremitice institutiones ab oīb⁹ obseruentur ꝙ maxime curare tenetur: ipse talis sit qui vitā ꝛ institutionē eremiticā doctrina ꝛ experientia precedente didicerit: ne si de cenobio eligatur ipse potius ab alijs eremitis docendus ꝙ alios ipse docturus ad eremū accedat. Quia tñ camaldulēsis ordinis eremitaꝝ ꝛ cenobitaꝝ secundū regule obseruantiā viuentiū vna est cōgregatio ꝛ vnū corpus: ꝛ aliqñ euenire posset vt in eremo nullus ita idoneus repperiretur sicut in cenobijs posset inueniri: vl' ex numero eremitaꝝ qui idonei essent nullus inueniretur qui ad prelationis pōdus subeundū persuaderi posset (hoc.n. eremitis per aplicā sedem indultū est vt ad onus prelature in eremo vel extra eremū suscipiendum nulla authoritate vel obedientie forma cogi possint). Ideo de numero coꝝ qui secundū obseruantiā regularē in camaldulensi congregatiōe viuunt: siue cenobitaꝝ siue eremitaꝝ eligatur: qui ad tale munus digne implendū magis idoneus fuerit iudicatus. Illud tñ q ad eligendū veniunt ante oculos habere debent: vt secundū superi⁹ allegatas rationes ꝛ secundū oēs antiquas eremi institutiones de fratribus ipsius eremi si repperiatur qui idoneus iudicetur ꝛ ad on⁹ huiusmodi subeundū persuaderi posse existimatur potius eligatur. Si aūt talis in eremo non repperiatur: tūc de cenobitaꝝ numero eū

eligāt: qui cū alijs virtutibus etiā in cenobio solitarie & districtioris vite studiosus quantū cenobiū patitur apparuerit. Melius tñ fortasse erit de fratribus eremitis mediocriter idoneum qȝ ex cenobio cenobiali vite assuetum probatissimū eligere. Unde & recte admodū facient eremite: si capli ꝯgregationis celebratione instante ipsi inter se quiete & pacifice tractēt quē in eremo habeant ad prelature onus ferendū magis idoneū & vel ꝑ litteras vel per fratrem illū eremitā quē maioris sociū3 noīe totius ꝯuent⁹ ad caplū3 mittunt capli prib⁹ suggerere nō omiserint: vt si eadē fuerit diffinitoꝝ sētētia ille eligat. Possint tñ diffinitores (etiā eremitis instanter aliquē petentibus) libere quēcūq3 magis idoneū iudicauerint siue ex eremo siue ex cenobio eligere. De numero vero eoꝝ qui extra regule obseruantiam aut extra ꝯgregationem camaldulensem viuūt neq3 monach⁹ neq3 prelatus eligi potest: hoc etenim sedis aplice authoritate oīo prohibitum est. Si aūt infra tempus administrationis sue maiorē obire aut officio renunciare ꝯtigerit. Tunc Uicarius & Uisitatores cum cōsilio eremitaꝝ alium in maiorē eligant: & interi3 ille qui erit in eremo professione superior (siue apertus siue reclusus fuerit) sine vlla excusatione senij aut reclusionis aut alterius cuiusuis rei maioris vices gerere teneatur. Si qūq3 vero tempoꝝ decursu (vt sese res oēs habent humane) ꝯgregationis capl'u3 per qualecunq3 impedimentum vel rationem singulis annis nō celebraret (qđ tamen Altissimi misericordia auertat): tunc eremite non postponant inter se mature & cum dei timore tractantes: ꝯsilio etiā si videbitur aliquoꝝ cenobitaꝝ patrum adhibito: singulis annis omnino priorem seu maiorem eligere aut vsq3 in tertium annū: & nequaquā vlterius nisi oībus cōsentientibus ꝯfirmare. Hoc vnū etiā ab ipsis eremitis diligenter attendendum est: ne .s. cum idoneū maiorem habuerint: & cū presertim magis idoneus illi substituēdus non affuerit: ipsu3 de facile deponi procurent inexpleto triennio: ne instabiles aīo & inter se discordes coram deo & hominibus videātur: & vt semper in regimine expertum habeant: quod tunc esse non poterit: cū singulis annis maioris mutationē procurauerint.

Qualis eremi Prior vel Maior esse debeat. Cap. xliij.

Electus eremi Prior aut Maior siue ex numero eremitaꝝ siue ex numero fuerit cenobitaꝝ ad laborem .s. non ad hono-

rē vocatus: etiā ꝙ aliquā habere posse videaꝛ excusationē: iniunctū sibi munus nō oīo obstinate refugiat. Eremita nō tātū aplice sedis ɔcessionē: quantū coꝝ qui eū elegerint voluntatē attēdat. Et licet su-scipere tale onus necessario nō teneaꝛ: sciat tñ se maiorē ɔsecuturum a dño mercedem si humilitatis zelo eligentiū eū voluntati seu eremitaꝝ suasionibus assensum prestiterit. Cenobita vero vite austerita-te non terreatur. Nā: qꝫ.n. inhumana est ꝛ nimis rigida eremitice vi-te hoc tempore institutio: ꝛ siquid minus in se virium ad institutionē istam ferendā senserit: de diuino auxilio eremitaꝝ interuenientibus orōnibus ɔfisus libenter suscipiat munus qđ a diffinitoribus vel a vicario ꝛ visitatoribus sibi iniunctū atqꝫ per obedientie virtutē im-positum fuerit. Sciatqꝫ ante oīa ꝙ sue administratiōis tempore in eremo sibi cōmorandū est: vitaqꝫ totaliter ducenda eremitica: nō se-cus ꝙ ceteri oēs eremite. Sic.n. non solū per generale religionis ca-pitulū: sꝫ per sedis etiā aplice authoritatē decretū est: ꝛ merito qui-dem: vt qui preesse debet eremitis: ipsos nō minꝰ exēplo ꝙ doctrina instruere possit. Deinde in incessu: in statu: in habitu: in loquendo: in operando: in omnibus deniqꝫ vite actibus nihil faciat quod cuiusꝙ possit animū aut aspectū offendeꝛ: sꝫ in oībꝰ ita se gerere satagat vt eremiticā ɔdecet sanctitatē. Omniū virtutū ꝛ eremiticaꝝ potissimū institutionū obsuātie in semetipso subditis sibi ꝓponat exēpla. Effi-caciora nāqꝫ sunt coꝝ q ꝑsunt exēpla ꝙ vbaꝛ: ꝛ lōge pfectiꝰ est ope ꝙ ꝑmone docere. Nō cordis sui voluntatē nō cenobialē (si ex cenobio venerit) ɔsuetudinē: sed eremiticas ɔstitutiones laudabilesqꝫ eremi mores sequatur in oībus. Et nihil in eremo vel de nouo instituat: vꝉ immutare aggrediatur nisi matura habita cōsideratione eremita-rumqꝫ precipue senioꝝ ɔsilio audito: ꝛ in quibus opus fuerit vel po-tioris partis vel oīum habito ɔsensu. Omnia que agenda esse alijs predicauerit: ipse prius eadē faciat: imo in alijs discretionē: in seipso seueritatem exerceat. Ad opera manuum si etas ꝛ occupationes ꝑ-miserint ꝛ ad vilissima queqꝫ exercitia ꝑmꝰ accedēs: alijs viā osten-dat. Caueat ne de illis sit: q cōmissis ꝛ subditis sibi grauia duraqꝫ ꝛ aspera iniungūt: ipsi aūt digito nolūt mouere: qm̄ pondus ꝛ pondus mensura ꝛ mensura abhominatio est apud dñs. Que certe parabo la illos suggillat qui leuiora sibi: grauiora subditis imponūt. Sūma diligentia attendat vt semp tā in die ꝙ in nocte ad diuinum officiū

(quantum fieri possit) ipse primus accurrat. Ne forte autem multiplices sui ministerij occupationes causetur: atqꝫ sub earum pretextu excuset: sciat qm̄ tunc certissime summa diligentia negocia oia pertractantur: qn̄ diuini officij tempore instante pendentia etiā atqꝫ indiscussa quecunqꝫ magni licet momenti dimittuntur: vt ad reddendum deo debitum seruitutis obsequium accedamus. Tunc.n. vere causas ꝛ negocia nr̄a deo cōmittimus ꝛ ille cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur: ea valde meli⁹ dirigit ꝙ̄ humana vlla prudentia dirigere posset. In solēnitatib⁹ plerisq̄ ipse missas dicat ꝛ officiū agat vel alijs quibus voluerit imponat. alias aūt in choro hebdomadā facere vt alij faciunt sacerdotes non tenetur. Et vo cum duplicē acceperit curā: animas.s. regere: ꝛ temporalia corporibus humanis necessaria ministrare: plus semper animaꝝ cure ꝙ̄ temporaliū reꝝ dispositioni inuigilet: ita vt nunꝙ̄ pro quauis tēporaliū reꝝ indigentia animaꝝ salutē negligat: ſ; cū maximo ēt substātiaꝝ eremi detrimento animaꝝ saluti incumbat. Nō dissimulet (vt btūs pr̄ Benedict⁹ ait) peccata delinquentiū: ſ; statim vt ceperint oriri: radicitus ea (vt preualet) studeat amputare: memor periculi heli sacerdotis de silo. Dissimulare aūt p̄eccata delinquentium q presunt dupliciter solent: aut cū neqꝫ cognoscere curant: aut cuꝫ etiā cognita non student emendare. Non per incuriam parua ac minima negligat: qm̄ si non statim vt ceperint oriri: qn̄ minima sunt radicitus amputentur: maxima per impunitatem efficiuntur: ꝛ qui minima negligit: paulatiꝫ ita defluit: vt ad maiora queqꝫ decidat: ꝛ illa ꝯtēnat. Non timore scandali aut corporalis incōmodi a correctione abstineat: qm̄ necessaria correctio: his maxime qui presunt: timore scandali dimittenda nō est: ne maiora paulatim scandala per impunitatē (licet non sic statim appareant) suboriantur. ꝙ si etiā scandalizari aliquem de bono viderit: non moleste ferat: qm̄ sepius volente dn̄o per hūc modū plātatio quā n̄ plātauit pater celestis eradicat̄: ne terraꝫ inutiliter occupet sed alia loco eius succedat q̄ fructum afferat. Nō indiscrete humilitatis aut false benignitatis amore a correctione delictorum se se abstineat: oi̅s.n. hmōi humilitas omnisqꝫ talis benignitas in eo qui p̄est valde damnabilis existimat̄: imo nulla maior in homine pōt esse superbia: ꝙ̄ sub humilitatis pretextu diuina tam necessaria mandata negligere: ꝛ dū ipse vnaꝫ indiscrete humilitatis

virtutē querit custodire: cōmissas sibi animas permittere in varias vitiorum preuaricationes incidere. Neqꝫ.n. vlla maior impietas est: quam falsę benignitatis gratia subditorum impunita peccata et incorrecta dimittere. Nulla vero maior potest alicui benignitas et misericordia prestari: quam peccatū eius etiā minimū nō incorrectum et nō impunitū dimittere. Si inueterata aliqua vitia inuenerit que posse emendare diffidat: nō suarum virium qualitatē cōsideret: sed cuius vices gerit attēdat: et quod de suis viribus tentare nō presumit: de dn̄i auxilio cōfisus aggrediatur. Caueat tn̄ semper ne in eo quod alios corrigere ac reprehendere vult: vel etiā in alio delicti genere ipse reprehēsibilis videatur. Quoniam cuius vita despicitur necesse est vt etiam admonitio facile cōtemnatur. Hec aūt pavrum forte diffusius quam opus fuisset de necessaria correctione dicta sunt: qm̄ in nullo magis deficere hac tempestate nostra oēs fere religiones videntur: quam in hac tā necessaria correctionis virtute: et nō propter aliud magis quam propter correctionis defectum defluxisse oīs religio ac declinasse videtur. Nō tn̄ debet dum vnum deuitare velit vitiū (qd̄ stulti faciunt) in cōtrariam partē decurrere. excessiuus. s. in correctione esse. Docet. n. beatus pr̄ Benedictus in regula quassatū calamū nō esse conterendū: et cauendū ne dū nimium raditur vas maiori iactura frangatur. Oia itaqꝫ cum discretiōe faciat. Hoc aūt facile perficiet: si secūdū regule admonitionē oderit vitium: fratrem vero ita dilexerit: vt neqꝫ etiā propter vitium ipsum vllo modo odio habeat: aut minus solicite saluti eius incumbat. Si vero scire voluerit quō admiscenda sunt tēporibus tempora: terroribus blandimenta: quō nunc pij patris: nunc vero magistri duriorem ostendat affectum: quō insuper multorum moribus inseruiens discipline capaces verbis: simpliciores factis et exēplis doceat: honestiores et intelligibiles admonitionibus: duros et improbos minis et durioribus disciplinis coerceat: alios blandimentis: alios suasionibus: quosdam increpationibus secundū vel personarum vel delictorum qualitatem in regulari et eremitica contineat disciplina: et secundū apostoli sententiam oibus omnia fiat vt oēs lucrifaciat: si diuinum Gregorij pastoralis cure opus vel aliorum doctorum ō his rebus tractatus legere pigeat: saltē frequenter secundū atqꝫ sexagesimū quartū sancte regule capitulum legat relegatqꝫ ac memorie mandare procuret. In illis. n. duobus capitulis perfecte prelati forma describitur. Nouerit ad ipsum solum

omnē animaꝝ curam pertinere neq₃ alijs ita posse hoc cōmittere: vt ipse semper ad reddendā rationē nō teneaẗ. Omnis preterea rei tē-poralis administratio ad ipsū₃ deuoluiẗ: ⁊ quicqd a quocunq₃ mini-stro aliter ꝙ deceat agitur: totum sibi imputandū existimet: nisi oīs adhibita diligētia ⁊ exhibita ab eo cura fuerit. Ipsius solius munꝰ est oēs delinquentes corrigere: ⁊ capl'u₃ (quoties opus est) aut a ma iori parte eremitaꝝ cū humilitate requiriẗ: congregare: ⁊ in eo q̄ sint agēda proponere. Quoties ab eremo discesserit possit cuicūq₃ volu erit suas vices cōmittere etia₃ si modo vnum modo alium cui hoc munus cōmittat: eligere voluerit: neq₃ in hoc professionis ordinem seruare teneaẗ. Ad maiore₃ quoq₃ pertinet diligenter curare vt ta₃ in eremo ꝙ in hospitio fontis boni infirmis hospitibus pauperibus ac peregrinis que ministranda sunt solicite ⁊ cū charitate modoq₃ cōpetenti ministrenẗ: ⁊ oīs reꝝ temporalium cura recte geratur: con gruisq₃ tēporibus oīa necessaria suppeditēt eremitis. Sicut. n. vna ī homine anima oīa mēbra tā infima ꝙ suprema nobiliora atq₃ igno biliora regit atq₃ viuificat: ⁊ omniū actionū vel laus vł vituperatio illi soli attribuiẗ. Sic q̄ preest: oīum fratꝝ ⁊ ministroꝝ tanꝙ mēbroꝝ suoꝝ curā ⁊ regimen habere debet: ⁊ quicqd aut bene aut male per quencunq₃ fuerit peractum ad ipsius credat meritum aut culpā de uoluendum: nisi vbi omni adhibita cura ⁊ diligentia non profecerit. Oportet demū (vt verbis regule hoc capitulum claudatur) ipsum esse diuine scripture doctum si non studij assiduitate: saltem mo-rum bonitate: Castū: Sobrium: Misericordē: Non anxium: Nō ni mium: Non obstinatum: Non zelotipum: Non suspitiosum. Regu-lā precipue in oībus ⁊ ꝯstitutiones eremiticas custodientē vt nō pro neglectu ⁊ incuria culpam ſ₃ pro labore administrationis sedulaq₃ in omnibus diligentia meritum sibi apud dn̄m acquirat.

¶ De ministris ⁊ officialibus eremi eligēdis. Cap. xliiij.

Singulis annis postꝙ a capitulo cōgregationis maior electus fuerit: ante diem sancti Romualdi oīo habito priꝰ cū quibus visum sibi fuerit super distributiōe officioꝝ ⁊ obedientiaꝝ tractatu: conuocato capitulo ex capituli sententia ⁊ consensu eligat oēs mini-stros ⁊ officiales ta₃ eremi ꝙ locoꝝ ad eremū pertinētiū qui quide₃ per occulte porrecta fabarum suffragia eligendi sunt: sed ante ꝙ suffragia ipsa ꝓriganẗ: maior ac ceteri fratres eremite possint (put.

vnicuiq3 cõsciẽtia ꝓpria dictauerit) cõsulẽtes in mediũ dicendo adducere que ad huiuscemodi electiones cõuenĩẽtius faciẽdas opportuna iudicauerint. Sʒ añ oĩa sciãt diligẽti habita ꝯsideratiõe valde rationabiliter diffinituʒ atq3 decretum fuisse: vt neq3 eo tẽpore neq3 vnq̃ alias a capitulo aliquis eligat qui absente maiore ei⁹ in eremo vices gerat. Neq3 (qd in cenobijs fieri solet) aliquis qui secundus a maiore sit: a caplo instituat: ne duo prelati in eremo esse quoquomõ videantur: sed post maiorem oẽs ꝓfessionis sue loca teneãt. In soli⁹ vero maioris arbitrio pẽdeat (nulla habita vel etatis vel professiõis ratione) quoties ab eremo discesserit: vices suas cuicũ q3 voluerit cõmittere: ꝛ prout expedire iudicauerit: amplioreẽ diminutioꝛẽue auctoritatẽ eidem cõcedere. Si.n. aliter fieret: valde timẽdũ esset ne qui a caplo ad maioris vices in eius absentia gerendas aut ad secũdũ post maiorẽ locũ tenẽdũ eligeret (vt de preposito monasterij beatus ait pater Benedictus) secũdum se maiores existimaret: vnde ea facillime scandala grauia orirent que ꝑ ordinationem prepositi oriri in monasterijs idem beatus pater asserit. Eligẽdi vero sunt Magister ꝛ institutor nouitiorum: Sacrista: Cellerarius qui camerarij fontis boni socius sit ꝛ coadiutor: Hospitarius: Ostiarius: Celle vinarie custos q vulgariter canevari⁹ dr: Coquus: Abietum custos: ꝛ Opari⁹: simlr ꝛ ad q̃cũq3 alia ministeria (q̃tuʒ oportunũ videbit) frẽs deputent. Inter q̃ illud ẽt attẽdendũ vt nullo modo omittatur q̃n duo ex eremitis (q̃tũ cõmode fieri poterit) sacerdotib⁹: ad cõstitutionũ haꝝ cõseruationẽ deputentur: vt infra plenius dicet. Nemo vero sit qui non summa cum reuerentia ꝛ humilitate iniunctum sibi officiũ suscipiat. Possint quidẽ ante q̃ eligant modeste se excusare: postq̃ vero ad quodcũ q3 officij munus electi ac deputati fuerint sine vlla proterua excusatione capituli iussionem sequantur: ꝛ omnes pariter capituli sententie acquiescant: etiam si aliter alicui distribuenda officia viderentur. Quod enim potiori parti placuit omnibus placere conuenit. Nullus tamen electus intelligat nisi dissoluto capitulo: quod ideo dicitur vt si ante capituli dissolutioneʒ aliqd iam factum maiori parti permutare placuerit: sine cuiusq̃ murmuratione fieri possit. Capitulum aũt solutum non intell'gat nisi oĩbus omnino tam eremi q̃ locoꝝ ad eremum pertinentium officijs q̃ distribuenda sunt distributis: etiam si propter diuinum officium cele-

brandum vel propter superuenientē noctē:aut propter aliquod aliud fratres de capitulo semel & sepius exirēt. ¶ Eligat itaq3 in primis Magister nouitioꝝ eremita sacerdos etate & morib⁹ grauis: eremitice ꝯuersationis studiosus spiritualibus exercitijs magis ꝙ exterioribus occupatiōib⁹ deditus:& (si fieri potest) sacris in scripturis saltem mediocriter eruditus:qui regule disciplinā cenobiticas ac eremiticas institutiones & mente calleat & operibus impleat. Nisi enim ipse & nouerit & fecerit non poterit alios & verbo & exēplo pariter ad eaꝝ obseruantiam erudire. Electus nouitioꝝ oium (etiā anteꝙ habitum recipiant) curā habeat. Quī vero ad habitū aut ad professionē admittendi sunt:cū maiore tractet:prouideatq3 vt in cella necessaria atq3 oportuna oīa habeant:& quotidie ea qbus indigent in victu & vestitu ceterisq3 oportunitatib⁹ illis ministrent. De diuino officio: de missis celebrandis:de ꝯuersatione in cella & extra cellā cū honestate & grauitate:de regularibus institutionibus:de eremitice ꝯuersationis forma:de solitudine seruanda & psonarū frequentia fugienda:de paupertate:castitate: & obediētia plene amāda & custodiēda: de psalmodia deuote peragenda:de lectione meditatiōe & potissimū de oratione:de corporali exercitio:de stabilitate in cella:de ieiunio & abstinētia:de silentio: & de omnibus eremiticis ꝯsuetudinibus eos instruat:potissimeq3 humilitatē cordis & corporis exteriorēq3 oēm compositionem seruare nō tm̄ verbis ꝙtum exemplo doceat. Minus.n. efficax est verboꝝ instructio:nisi doctoris fuerit exemplo confirmata. Frequēter pure & discrete eos ꝯfiteri doceat:& cōmuniōis sacramētū quoties sumitur cum reuerentia & deuota humilitate suscipere:& prout vniuscuiusq3 vel etas vel doctrina vł religionis experientia vł capacitas requirere videbitur:vnicuiq3 cōgruā discipline accomodet formā. Aliter.n.instruēd⁹ est etate iuuenis aliter senex: aliter corpore validus aliter imbecillis:aliter mente fortis aliter debilis:aliter qui arcta formidat:aliter qui arctiora cōcupiscit: aliter q redit ad seculū cogitat:aliter q pfectiōis ꝺsiderio act⁹ nimio feruore nouitiatus impellitur: aliter demū instruēdus videtur qui nouiter a seculo ad eremū venerit religiose vite inexpert⁹: aliter qui in alia religione plures iam annos peregerit. Ille.n.regulares ac eremiticos mores pure instruendus est:iste vero vt alterius religionis ꝯsuetudines cenobiticosq3 mores exuat est admonendus. Cum.n.diuersa

valde sit a cenobitis moribus eremitica conversatio si ad cenobij insti tutiões respicere voluerit: quotidie in quo offendat inueniet: sicq3 in eremo tranquilla mente perseuerare vix poterit. Sed z alia omnia facere curet que de nouitioꝝ magistro siue in regula siue in regulari bus institutionibus scripta sunt z vigilanter insistat: quia in eius cu ra quales futuri sint eremite penitus consistere videtur. Nam qualis quisq3 in religionis ingressu z regularis probationis tempore magi stri instructione reddit: talis oio post professionē z vsq3 ad vite ter minū esse repperitur. ¶ Sacrista deinde eligatur: cuius munus sit (sicut in regularibus institutionibus dicitur) horologiū tēperare ad oēs horas canonicas diebus ac noctibus cōpetenti hora significan das prout in his constitutionibus declaratum inueniet: debito spatio z congruis interuallis campanā pulsare: ecclesiam sacrariū z capitulum sa crata vasa z sacras vestes altariumq3 ornamēta z vniuersas ecclie z sacrarij supellectilē mundā integrā ordinatamq3 semp custodire: lampades accensas cōtinue conseruare: candelas (qñ opus est) facere: illasq3 vt nūq̄ deficiant altaribus apponere: ecclesiam z altaria qñ or nanda sunt nouitijs auxiliantibus ornare: z qñ auferēda sunt ab eis ornamēta auferre z suis quoq3 locis oia reponere: ecclesiā claudere z aperire: hostias facere z cū maiore de mutationibus diuinoꝝ offi cioꝝ z de celebrandis missis tractare: libroꝝ oium ad diuina pera genda deputatoꝝ curā gerere: eos presertim in quibus ad nocturnas vigilias lectiones legende sunt in choꝝ afferre: z ipsas lectiones nec nō euangelium post te deum laudamus perlegendū inuenire ac si gnare: vt nō opus sit dū diuinū celebrat officiū hec inquirere. Ad reclu sos quoq3 i die purificatiōis accēsas candelas z in mortuoꝝ āniuer sarijs extinctas z cineres in die cineꝝ z oliuaꝝ ramos i die palmaꝝ (si maior hec nō impleuerit) deferre: nisi forte alteri sacerdoti a ma iore hoc specialiter iniunctū fuerit. Hospitibus (qui hoc voluerint) cū maioris licentia reliquias debita seruata reuerentia accensis lu minaribus demonstrat: hec z similia oia que ad ecclesiā z diuinoꝝ celebrationē ptinent cū omni diligētia curare. ¶ Unus quoq3 ex nu mero monachoꝝ eligatur qui cellerarius eremi vocet ac camerarij fontis boni socius habeat: cuius precipuū munus sit oēs pecunias que quoquomodo in eremo erūt apud se habere z custodit ac oppor tunis in rebus cū maioris semper benedictione expendere ac disp=

are: qm iuxta priuilegiorum tenorem in eremo nullus alius neque etiam ipse maior vllo modo potest pecuniam aliquam apud se habere. Omnia etiam que sunt eremitis distribuenda tam in vestitu quam in victu atque in celle necessarijs vtensilibus aut in quocunque oportunis ac necessarijs vsibus apud se habeat. Cellerarij quoque officium erit diligenter prouidere: vt in singulis cellis sint omnia necessaria lecti stramenta: consueta vasa: et omnia oportuna. Prouidere quoque vt eremitis singulis ligna (quantum opus sit) distribuantur congruo tempore: vestimenta etiam quibus singli indigent secundum ordinatum modum habeant. De victu autem fratrum eremitarum studiosus et solicitus sit vt debita hora mensura et qualitate ac bene condita omnia illis administrentur: prout infra suo loco dicetur: et in tabula que et in coquina et apud eundem cellerarium esse semper debet: inueniet descriptum. Eius quoque munus erit eam temporalium bonorum portionem que infirmorum necessitatibus antiquitus deputata est: fideliter ministrare et in nullos alios vnquam vsus sine omnium eremitarum consensu quam in his que ad domum infirmorum et infirmos pertinent conuertere: atque in hac ipsa et in omni eius administratione nihil agere aut ordinare: nisi quod iusserit aut permiserit maior: et que extra eremum peragenda erunt vt per alios potius quam per seipsum peragantur diligenter procurare atque huiusmodi cetera solicite peragere. ¶ Ad hospites vero suscipiendos duo eligantur quorum saltem vnus de numero monachorum sit: qui morum grauitate sermonisque modestia possit hospites exemplo pariter et verbo edificare qui seruato semper (quanto magis fieri poterit) sub diuo silentio religiosos nobilioresque ipsos hospites per eremum conducat: cellas duas aut tres de maioris generali aut speciali licentia ostendat: et quando reficiunt illis assideat: et si capaces sint librum diuine scripture legat: non tamen cum illis nisi maior iusserit comedere aut bibere presumat: religiosis quando apud eremum pernoctauerint pedes ipse studeat abluere: vel vt a socio eius abluantur procuret: et alia faciat que ad religiosos ac nobiliores hospites suscipiendos et cum charitate dimittendos necessaria aut oportuna videntur. Alius vero de numero sit conuersorum aut monachorum (si expedire magis videbitur) qui solicitudine et charitate plenus sit: cuius munus erit hospitibus corporalem refectionem: ignem: aquamque pro lauandis pedibus preparare: illisque in omnibus solicite et diligenter ministrare: et omnia que vel maior vel socius eius iusserit implere: qui susceptа a maiore vel socio eius iussione qualiter oporteat diuersis ho

minimum qualitatibus pulmenta z fercula ministrare ea q̄ opus sunt studeat vel ipse preparare vel coquo que preparãda sunt intimare: z quotiens p alterꝫ hospitarioꝝ coquo seu celle vinarie ministro aliqđ ꝓ hospitium necessitate iniunctũ fuerit ipsi omni dilatione z excusatione postposita ita implere studeant: ac si a maiore illud sibi fuisset iniunctum. Si iumenta hospites ipsi habuerint:secundi hui⁹ hospitarij mun⁹ erit iumentis de necessarijs alimẽtis prouidere:vt omnis charitatis administratio(q̄to magis fieri possit)impleat: super oia semper sine murmuratione z cum hilaritate z silẽtio aut verbis edificatorijs hospitibus adesse z ministrare z cũ excusatione dimittere: z q̄ ad hospitiũ curã ptinet oia curare. ¶ Ostiari⁹ ide eligat de numero vł monachoꝝ vel ꝯuersoꝝ (prout cõmodius fieri poterit)q sit ꝑmone discret⁹ z benigne nouerit recipere z dare respõsũ z assidue in cella pmanere:cuius officiũ erit ostiũ semp clausum(nisi q̄tũ necessitas postulat)custodire:cũ pulsatũ fuerit siue in die siue in nocte quacunq; hora solicite accurrere z benedicens deum interrogare z audire qd vnusquisq; velit:z quos ipse per se poterit expedire cũ charitate dimittere. Neminez vnq̄ permittere vt ad maiorẽ aut aliquẽ eremitaꝝ accedat nisi ipse pri⁹ quis sit aut quid velit denũciauerit: vel saltem secũ illum ad maiorez deduxerit. Litteras ad quoscunq; directas ipse recipere z nõ permittere vt ab aduenietibus littere eremitis tradantur:quascunq; ipse susceperit maiori tradere. Hospites quicũq; vel deuote visitatiõis vel alteri⁹ cuiusuis negocij gratia ad eremũ venerint ante oia ad ecclesiam deducere:deinde maiori z hospitario tales vel tales hospites adesse solicite denunciare. Iumẽta nulla in eremum ingredi pmittere nisi q̄ deferũt necessaria. Ingredientes vt arma ad ostiuz depõnãt hortari: z cũ illis ingredi nõ permittere:vt ab omni clamore se abstineãt z cito se expediãt: z nemini nisi de maioris licentia loquãtur admonere. Estatis tempore eos q ad audiendas missas veniunt non permittere vt ad ecclesiam accedant:sed ad oratorium quod apud ostium est expectare iubere: z cũ hora fuerit sacerdotem ad celebrandam ibidem missam cõuocare. Demuz hoc maxime attendere debet vt (q̄tum per suam curam z diligentiam fieri põt) ab eremo oĩs frequentia z tumult⁹ amoueat: z omnes qui negocia pro quibus venerint iam peregerint: in pace (q̄citi⁹ fieri põt) dimittere:in platea que ante ecclesiam est nemine;

congregari aut diutius cōmorari pmittere: si quem viderit aliunde q̄ per ostium in eremum ingressum: aut altius loquentem audierit: interiori modestia ⁊ exteriori grauitate seruata illū vehementer reprehendere: ⁊ vt discat per ostiū introire ⁊ modeste loqui efficaciter admonere. ¶ Subinde celle vinarie minister eligendus est: cuius officium erit vinum ⁊ panem ⁊ alia que in cella ipsa vinaria recondūtur aut que pro victu in eremum afferuntur eremitis distribuere ⁊ ministrare eremitaꝝ necessitatibus pro quotidianis vsib⁹: panes quoq₃ ⁊ oleum fructus ⁊ alia omnia que in coquina nō preparantur aut custodiunt (prout illi cellerarius iniunxerit) ministrare: ⁊ q̄n hec desunt: ad fōtis boni hospitiū cū maioris iussiōe vł licētia pgere aut mittere: ⁊ vt inde necessaria afferātur procurare: hospitib⁹ quoq₃ ⁊ operarijs qui in eremo aut circa eremum operantur eadem (q̄ntum opus est) cum charitate ⁊ discretione ministrare: ⁊ cum hospitario (quādo frequentia hospitum exposcere videretur) hospitibus inseruire: vasa in quibus quotidiane refectiōis fercula ac pulmenta ex coquina ad singulos fratres deferūt ex singulis cellulis lota ⁊ munda (sic.n.reddenda sunt) colligere: atq₃ ad coquinā competenti hora deferre: in omnibus demum q̄ sibi peragenda sunt: maioris ī primis deinde cellerarij ordinationem ac iussionem alacriter implere.

¶ Ad coquine preterea ministeriū vnus ex cōuersis fratribus deputandus est: cuius munus ⁊ officium sit pulmenta omnia coquere ac preparare: ⁊ q̄n aliq̄d ad eremitaꝝ vsū₃ necessariū coquine deest: cū maioris iussione vel licentia ad fontis boni hospitium ⁊ ad ministros illic cōmorantes mittere aut pergere ⁊ vt necessaria afferātur ꝓcurare: pulmenta ⁊ alia que preparātur equaliter singulis fratrib⁹ in coquina diuidere ac partiri: ⁊ vt per eos qui ad hec deputati sunt vniuscuiusq₃ portio ad singuloꝝ cellas deferat curam gerere: hospitibus similiter cum omni charitate ⁊ sine tedio ac murmuratione (quoties superuenerint) que maior iusserit aut hospitarius cū maioris consensu significauerit preparare: operarijs quoq₃ que ministranda sunt ministrare: illisq₃ quicquid in coquina reliquiaꝝ superfuerit distribuere: vel ostiario pro refocillādis pauperibus tradere aut ad fontem bonū₃ pro necessitatibus egenoꝝ transmittere: vt nō desint in coquina necessaria vasa procurare: eaq₃ nitida ⁊ cōdecēter munda omni tempore custodire: pro infirmis & q̄n diu in eremo cōmorātur

morantur necessaria cū charitate ⁊ diligentia (prout sibi iniunctum fuerit) preparare: cui quidē coquine ministro in illis dieb⁹ in qb⁹ cōi mensa reficiunt fratres: precipue in die sancti Romualdi ⁊ quoties hospites plures aderūt opportuna coadiutoꝝ solatia ministrāda sūt. ¶ Ad curā quoqꝫ abietū vnus de ꝯuersoꝝ fratrum numero deputandus est: cuius munus sit: ne incidanť neue ledātur diligenti sollicitudine ⁊ cura attendere: atqꝫ vt de nouo quotānis (sicut supra suo loco dictū est) plantētur procurare: ⁊ plantate vt crescere possint illis oēs diligentiā adhibere: ⁊ qñ incidēde sunt: q̄ nā ⁊ vbi cū minori dedecore siluaꝝ ostendere: ⁊ oia que ad custodiā ⁊ curā abietū ptinēt diligenter peragere: qui secundū antiquaꝝ ꝯstitutionū ordinationē ī dieb⁹ abstinētie deputatis si satis laborare circa ipsas abietes ꝯtigerit: vinū misericorditer maiore dispēsante hēre possit: ipsaꝝ vero cura missam audire ⁊ diuinis officijs ī nocte ⁊ in die (quātū magis fieri potest) interesse nunꝙ̄ pretermittat. ¶ Operari⁹ quoqꝫ eligatur qui quasi architectus cellas ꝯstruentib⁹ aut aliquid aliud in eremo aut circa eremū operātibus preesse debeat: cuius munus sit operarijs omnibus preesse: ⁊ quid ⁊ quō facere debeant p̄cipere: nihil tñ sine maioris aut cellerarij iussione: qui in reb⁹ q̄ alicuius momēti esse videntur nō sine aliquoꝝ fratrū ꝯsilio res ipsas fieri iubeant. Ad eū quoqꝫ pertinebit ferramenta ac instrumēta oīa cuiuslibet artis que in eremo sunt custodire: atqꝫ coꝝ indicē apō se habere: ⁊ quoties fratribus necessaria sunt accōmodare: ⁊ demū cū illis opus nō habent ab eis recipere. Illi non minus cure erit vias ⁊ plateas oēs vt sint sine immunditia custodire: atqꝫ aquaꝝ ductus īter potissima sui ministerij opera ita vel per se vel per alios conseruare: vt aqua que per ipsos ad singulas cellas discurrit: nūꝙ̄ alicui celle deficiat. Cloacas fossasqꝫ omnes vel mūdare vł vt emūdenť pcurare. Oīa q̄ ad cellas edificandas aut restaurādas preparanť: ligna. s. trabes asseres seu tabulas lapides cementa ac ferramenta atqꝫ cuiuscūqꝫ artis cōia instrumenta custodire: sine cuius scientia ac maioris iussione eadē nemo ꝯtingere audeat: ⁊ qui predicto operario inscio aliqd huiuscemodi ꝯtigerit aut asportauerit aut proprio sensu in aliquē vsuꝫ cōmunē vel particularē ꝯuerterit: nisi maior expresse iusserit: nō aliter deliquisse intelligatur: q̄ si sine maioris licentia aliquid a quouis extraneo accepisset. ¶ Eligendi quoqꝫ sunt duo regularis ⁊ eremiti-

ce obseruantie studiosi de numero (si cōmode fieri possit) sacerdotū: q̄bus etiā alia comitti officia ⁊ ministeria possint: quoꝝ (vt infra suo loco dicet) mun⁹ erit vna cū maiore curare: vt regulares ⁊ eremiti ce institutiones ab oībus obseruētur: vnde ꝯseruatores ꝯstitutionū appellandi sunt: ad quos etiā pertinebit: vel cū ipso maiore vel sine maiore (ꝑut ipse maior disposuerit) singulas cellas iuxta institutiones scrutari: ⁊ q̄ supflua essent auferre: q̄ aūt alicui fratri deficerent: vt illi tribuantur solicite procurare: necnō fontis boni hospitiū ⁊ singulas eius officinas visitare: ⁊ vt oīa in eis necessaria sint diligenter curare: ac maiori in his ⁊ in oībus alijs (prout opus erit) ꝯsiliū cū humilitate prestare. ⁋ Unus quoq̄ ex fratribus vocē in caplo habentibus ad ꝯscribenda oīa q̄ in caplo agentur deputand⁹ erit: qui scriba capli dicat: cui etiā alia comitti officia ⁊ ministeria poterunt: cui⁹ munus sit vt in sequenti caplo plenius dicet capli acta ⁊ decreta diligenter ac fideliter in scriptis p ordinē redigere ⁊ memorie mādare. ⁋ Ad infirmoꝝ vero curā nō solet a caplo quisq̄ deputari: sꝫ cū aliquis infirmatur: ad eius curā duo a maiore (vt suo loco dictus est) deputantur: qui infirmo fratri in oībus seruiāt. ⁋ Preter hec cōis conuersoꝝ fratruꝫ cura ⁊ obedientia est (prout maior distribuerit) quotidiane corporalis refectionis pulmēta ex coquina ad singuloꝝ fratrum cellas hora refectionis instante solicite deferre: ac (ꝑut maior iusserit) reclusoꝝ fratꝝ missis cū deuotione seruire. ⁋ Cum vero oīa eremi officia ac ministeria distributa fuerint: ꝯsequēter eodē (si fieri poterit) vel sequēti die ad alioꝝ locoꝝ q̄ ad eremū ꝑtinent ministeria fratres deputandi erunt: hoc obseruato: vt ante alios fontis boni ministri ⁊ officiales (vt suo loco dictū est) eligāt: deinde aliorū locoꝝ: camalduli vꝫ florētini ⁊ ceteroꝝ: necnō vtriusq̄ vinee mausolee vꝫ ⁊ eremitaꝝ ministri hoc modo vel ꝯfirmentur per singulos annos vel d̄ nouo eligantur: vt oēs omnino a primo vsq̄ ad vltimū de anno in annū ad officia ⁊ ministeria queq̄ a maiorē cū capli consensu deputent ⁊ eligantur. Neq̄ aliquis aliquā se habere administrationem aut rei alicuius curā cognoscat: nisi ad illaꝫ fuerit singulis annis modo supradicto deputatus. Et quāuis maior sine capli ꝯsensu ad hec ministeria neminē deputare possit: ad ipsum tū maiorem pleno iure pertinebit quando ⁊ quotiēs sibi visum fuerit: omnes tā eremi q̄ fontis boni ac camalduli florentini ⁊ aliorum locoꝝ mini

stros ⁊ officiales neq3 fontis boni camerario neq3 camalduli florentini abbate neq3 aliquo alio penitus excepto: a suis officijs ⁊ obediētijs amouere: nō tñ aliquē eius loco nisi ad breue tēpus .i. ad summū per menses fine capl'i ꝯsensu eligere. Omnes igitur modo quo dictū est: tenent eremi ⁊ oium alioꝝ locoꝝ ad eremū pertinentiu3 officia ⁊ administrationes aut suscipere aut deponere: necnō in illis sic vel sic agere ⁊ operari prout maior aut capitulū iusserit ac disposuerit. Sz hoc ꝓ bono pacis ⁊ charitatis cōseruādo oīo attendatur: vt quoties aliquis qui in capitulo repperiatur ad aliquod ministeriū seu officiū ꝓponitur: vel de eo aliquid aliud tractādum est: ipse de capl'o exeat: vt de eo libere quisq3 loqui possit quid sentiat: ⁊ quicqd de eo dictu3 vel etiā de quacunq3 re in capl'o tractatū fuerit oib⁹ ⁊ singulis in capl'o existentibus in virtute sancte obedientie precipiat: vt secretum ⁊ sub sigillo secreti habere teneantur: nisi res ipsa talis sit que sciri ab oibus vel debeat vel sine aliqua lesione sancte charitatis ⁊ fraterne dilectiōis possit. Nūq̄ tñ alicui aliquis dicere possit quot in alterutrā partem quis suffragia aut vota habuerit: in qbus siquis deliquerit absolui nisi a maiore vel eius vices gerente nō possit. Caueant tñ summa cura oēs ne de absente fratre quicq̄ nisi ꝯptissimū sit audeāt affirmare: aut ēt ea que nouerint aliqua verboꝝ imodestia aut animi perturbatione dicere: ⁊ siquis in his quomodolibet nimis excesserit a maiore illico arguatur ac corripiatur: cuius cure potissimum sit: vt in capitulo de absentibus fratribus cum summa modestia ⁊ tranquillitate sermo habeatur.

¶ De capituli vsu ⁊ de his q̄ in capitulo agēda sunt. Cap. .xlv.

Capitulū in eremo non singulis diebus (vt in cenobijs fieri solet) sed semel tm̄ in hebdomada a prima eremi institutione vsq3 ad hec tempora cōuocari cōsueuit. Antiquo sane tempore die dominico prima hora operis dei absoluta in capitulo conuenire eremite solebant: quoniā tñ propter geminā refectionem que dominicis sumit̄ diebus mane tempestiue reficiēdū est: celebratio aūt capituli vltra alias debitas missaꝝ ⁊ diuinoꝝ officioꝝ celebrationes tempus ita occupare solebat vt ꝯgruo tēpore refectio nō posset fieri: maxime tēpore hyemali qñ dies breuiores sunt: ideo tempoꝝ decursu in qntā feriam capituli ordinaria ꝯuocatio ꝑmutata est; ⁊ vsq3 ad hec tempora est seruatum vt quinta semper feria capl'um post primam cele

bzetur:exceptis duabus quadragesimis:in quib⁹ nunq̄ caplum ce/lebratur nisi in vigilia natiuitatis dominice ꝛ in maioꝛis quadrage/sime vltima hebdomada:in qua quinta ꝛ sexta feria ꝛ sabbato in ca pitulo fratres solēt ↄuenire. Si vero p anni circulū aliqñ qnta feria propter aliquam abstinentie cōmutationem seu vigiliam abstinētia fiat:seu aliqua celebretur solēnitas: tūc quarta feria vel sabbato ca/pitulū ↄuocabat. Habita aūt ↄsideratione ꝙ in die sabbati sequen/tis hebdomade hebdomadarius sacerdos ꝛ ceteri omnes qui di/uinum officiū pagere debēt ꝑnūciandi sunt:magis expedire videt vt sabbato capitulum ↄuocetur:qua die si abstinentia agitur vel so/lennitas celebratur:feria quinta caplūm celebretur. Qua igitur die caplūꝫ celebrādum erit:diuini operis hora prima pacta dictoqꝫ illo v̄siculo:pone dñe custodiā ori meo cū reliquis : ꝗ alias post preciosa dici ↄsueuerunt:necnō salue regina cū suo versiculo ꝛ oratiōe dicta: ad sonū campanelle que in choro est cū trib⁹ ictib⁹ maioꝛis cāpane oēs non solum monachi sed ꝛ conuersi preter reclusos aut infirmos (siq forte fuerint)in capitulo conueniant:ꝛ nullus ex eis omnino pro quauis alia occupatiōe venire pretermittat:imo oīa alia opera ꝛ mi nisteria:ēt que necessaria videantur:pro tunc dimittant : vt in caplō ēe possint:imo ꝓuideat vnusqsqꝫ ea hora ab omni occupatiōe liber inueniri vt ad caplūꝫ possit accedere. Siqs v̄o congregato capitulo defuerit: de negligētia seuere arguatur congruaqꝫ ei penitētia iniun gatur . In capitulo v̄o de more calende ꝛ lune tempus pronūcietur: martylogiuꝫ legatur ꝛ illa diuini operis pars que incipit. Pretiosa in cōspectu domini ꝛc̄. peragat: vltimo vero loco petita benedictiōe nō imperfecta quedaꝫ homelie pars(vt aliqñ fieri solebat) ſꝫ regule aut constitutionum particula que nō nimis breuis sit legatur:quam maioris subsequat admonitio atqꝫ exhoꝛtatio: meminerit qꝫ ꝙ ſꝫ ec clesiastica decreta(nisi alibi hoc faciat)tenetur in capitulo per se vel per alium quem ad hoc idoneum iudicauerit regulaꝫ declarare: ita vt simplices quoqꝫ oēs eaꝫ valeāt intelligere. Exhortatione igitur ꝛ declaratione regule(nisi alibi agatur) p̄missa : nouitij qui adsunt si/gillatim genibus flexis culpas suas dicāt : deinde humiliter ꝓstrati veniam petant:quibus sigillatim maior penitentiam iniungat: dein de facto signo a maiore simul a locis suis surgentes et si plures sint bini bini ordinate se inclinantes versus cruceꝫ ad cellas reuertātur.

His peractis iuxta eremi tam antiquiores q̄ recētiores ↄstitutiōes solebat maior alijs humilitatis exempla datur⁹ stans suos excessus confiteri ⁊ sibimet penitētiam sine tñ aliqua reprehensione indicere. Quā tñ a multis annis ↄtraria ↄsuetudo ꝑualuit vt hoc minime obseruetur: ideo deinceps sedente ⁊ tacēte maiore postq̄ nouitij de caplo exierint oēs professi frēs ꝑ ordinem a suꝑiorib⁹ incipientes singillatim genibus flexis suas culpas confiteantur: ⁊ postea prostrati veniam petant: ⁊ tunc vel singuli seorsum vel oēs simul penitentias a maiore recipiāt. De qua confessione illud aduertendum est q̄ nō sunt in ea aut occulta peccata aut ea que ad regularem obseruantiā ⁊ eremiticas cōstitutiones non pertinēt: aut que in ↄfitētis aut alterius infamiam ⁊ ↄfusionem resultarēt propalāda: q̄ solum in sacramētali confessione manifestāda sunt: s3 de his q̄ cōtra regulā atq3 institutiones eremiticas seu cōtra publica maioris precepta qsq3 se venialiter cōmisisse cognoscit: ibi proprio ore q̄to particulari⁹ pōt verboꝝ tñ breuitate seruata seipsum accuset: deinde caueat accusanda cōmitteꝛ. In vigilia preterea dominice natiuitatis ⁊ qnta feria maioris hebdomade de more capitulum celebratur in quo generali confessione premissa a maiore ab omni excōmunicatiōis cēsura in quā incurrissent oēs absoluūꝛ ⁊ de oī irregularitate cu3 eis dispensaꝛ: feria vero sexta eiusdem maioris hebdomade suscipiunt omnes de manu maioris disciplinā nō tñ discoopertis humeris: vt olim fieri solebat: ipse quoq3 maior postmodu3 ab aliquo de capitulo (sicut omnes habent eremi constitutiones) disciplina3 accipiat. Capitulū preterea pro regimine gubernatione ac dispositione cōgrua reꝝ tam spiritualiū q̄ temporaliū quoties aut maiori visum fuerit aut a maiori parte eremitaꝝ cū humilitate requiretur celebrandū est. Conuocetur autem quanto rarius fieri pōt: sed semꝑ ad sonum aut maioris aut alterius campane: ⁊ nequaq̄ ad cellas mittantur qui fratres ↄuocent ad capitulum neq3 in choro viua voce aduoceñ. Locus aūt ad hmōi capituli ↄuocationē ille oli3 eligebatur qui maiori idoneus videbatur: nūc aūt postq̄ caplum ipsum ecclesie ↄtiguu3 est ita vt cōmode possint in eo hec pertractari: in capitulo omnino ⁊ nō alibi fratres ad eapl'u3 cōuocētur. In hoc caplo ꝑ occulte porrecta fabaꝝ nigraꝝ ⁊ albaꝝ suffragia aut per viuas voces (cum res modici momenti sit) omnia que diffinienda sunt diffiniātur: premissa tñ semꝑ rei de qua

agit debita & modesta inter fratres examinatione. Et illud obseruare studeat vt maior simpliciter rem pponat & auditis oibus a senioribus incipiendo ipse vltimo loco sententiam suam aperiat: aut siqs alius voluerit aliqd pponere petita licentia & cum humilitate hoc faciat: curetq3 vt ab sit semp ois nimia disputatio oisq3 penitus altercatio: sed oes modeste humiliter ac breuiter loquant. Siqs autem ingetus mordax contumax ob stinatus aut quasi in oibus ceteris se opponens & irrationabiliter ages: alioue quocunq3 mo scandalosus fuerit: a maiore illico seuere arguat ac p delicti qlitate grauissime puniat. Que vero in caplo decreta ac diffinita fuerint ordinate in vno libro per fratrem qui ad hec deputatus fuerit in ipso capitulo (si fieri comode possit) scribant & ante q de capitulo exeant fratres: vel sequenti caplo ante q aliqd aliud de nouo proponatur aut diffiniatur: que fuerint scripta legantur. In capitulo autem de more hec necessario aguntur. Cum aliquis ad eremum venerit aut per litteras seu nuncium recipi in eremo postulauerit: primo si recipiendus: deinde si vestiendus: postmodum si ad professionem admittendus sit consulit. Aliter.n. recipi nullo mo aut vltra menses retineri in eremo pot. Item cum aliquis eremita ad vitam aut vltra annum recludi petierit: vel cum ad sanctum sepulchrum accedere quesierit per capitulum diffiniat. Sed preter hec quoties eremi fontis boni & alioru locoru ad eremum ptinentium deputationes administrationes & obedientie distribuende sunt non nisi p capitulum distribuantur. Sic.n. p generale capitulum statutum ac in priuilegio confirmatum est: vt oes tam in spiritualibus q in temporalibus ministri camerarij dispensatores in eremo fonte bono alijsq3 locis eremo annexis aut subiectis singulis annis aut de nouo eligantur aut confirmentur per priorem seu maiorem eremi: non tamen sine expresso consensu ipsius capituli eremi: & electiones que sine huiusmodi consensu fierent nulle esse intelligant: & cum grauissimo onere conscientie illoru qui sine tali consensu eligere attentauerit. Res seu bona eremi stabilia vendi alienari permutari aut in emphiteosim concedi: et si alias concessa fuissent. Abietes quoq3 incidi nunq possint sine capituli consensu. Sic.n. p capitulum in fonte bono celebratum institutum est: qd a pontifice e approbatum. Procurator preterea quisq3 atq3 (vt vulgari dici solet) sindicus: necnon & ille qui noie totius conuentus cum maiore ad congregationis caplum singulis annis mittendus est per capitulum eligatur: in qua conuentualis electione licet

presens esse nequeat: suffragiũ tñ mittere maior nõ debet. Quã vero q̃ i capl'o agi ↄsueuerunt aut que peragenda sunt per singula numerarẽ longum esset: sufficere poterit hoc q̃maxime attendere: vt preter ea que dictã sunt oĩa que de more in bene institutis locis per capitulũ fieri ↄsueuerunt: per capl'um etiã in eremo solito more peragantur. Capl'm aũt eremi secundum priuilegij ap'lici tenorẽ & in presentia & in futuris tẽporibus sit & intelligatur ipse eremi prior seu maior & oẽs qui post suã in ordine camaldulensi professionẽ per sex cõtinuos menses in ipsa eremo vel sub ipsius maioris eremi obedientia vitã duxerint eremiticã: & a reliquis eremitis digni eorũ cõsortio fuerint iudicati: etiã q̃ ex aliquo ordine mẽdicantiũ ad eremũ peruenissent. Leonis enim. x. Pont. Max. priuilegio ac alijs ap'licis litteris concessum est vt vocẽ in capl'o habere & prelaturã in eremo solũ & in locis ad eremum pertinentib⁹ administrationem quãcunq; suscipere possint aliqua iuris contraria dispositione nõ obstante: hoc tñ expresse declarato: q̃ ad capl'um illi solũ vocandi sunt qui in eremo aut nõ vltra septẽ miliaria ꝑcul ab eremo existũt vocẽ in capl'o habentes: eorũ aũt qui longius distãt aut qui in eremo essent infirmitate grauati aut extra eremũ vocati venire nõ curarẽt absentia nõ obstãte: aut si etiã aliqñ aliqua vrgente necessitate pro qua differri cõmode non posset capl'um: nõ vocatis qui extra eremũ sunt (quod tamẽ ne eueniat quanto magis potest precaueatur) legitimũ fuisse capl'um intelligatur: & que in eo diffinita fuerint firma & rata habeantur. Cõuersi sane nunq̃ vocẽ in capl'o habuisse compertũ est: ideo inuiolabili sanctione obseruetur vt nunq̃ in futurũ quoq; ad habendã in capl'o vocem admittantur. Quod vero in priuilegio ap'lico legitur oẽs q post professionẽ suã per sex continuos menses in eremo vitam duxerint eremiticam de capitulo esse: de his solum intelligit qui monachi cõmuniter appellantur: & ad diuinum officium persoluendũ sunt obligati: sic etenim per posteriores ap'licas l'ras est declaratũ. Reclusi sane fratres eremite qui cõuersi nõ fuiit ordinaria dispositione vocẽ in capitulo habere debẽt: & in antiquiorib⁹ ↄstitutiõibus legit q̃ debeãt cum silẽtio ad capl'm accedere & eo pacto cũ silẽtio ad cellas reuerti. In capl'o aũt florẽtino qd̃ p põtificẽ ↄfirmatũ fuit ꝑ maiori reclusorũ quiete diffinitũ est: vt si sibi sic expedire videbitur: possint sine ↄsciẽtie scrupulo voci sue quam habẽt in capl'o aut in aliquibus

aut in omnibus renunciare. Ideo cum quis recludit singulis annis publice & in scriptis declarare debet in quib9 vocē habere & in q̄bus non habere intēdit: vt qn̄ vocād9 sit possit intelligi. Qui q̄dē frēs reclusi recte fecerint: si in arduis & in his q̄ magni momēti videnť reseruauerint sibi vocē. Quoties igiť caplm̄ cōuocať reclusis q sibi in aliquibus vocem reseruauerint: si ea peragenda sunt in quib9 habere vocem voluerunt denūcietur: vt si voluerint ad capitulum accedāt: qui vocem suam & suffragiū cū alijs in capitulo dent & porrigant: & nunq̄ vicem suam alicui ꝯmittere possint. Si vero precipuū aliqd̄ agatur quod diligenti indigeat discussione: qm̄ (vt ait scriptura) vbi multa consilia ibi sanitas: poterunt a maiori reclusi quoq3 fratres ad caplm̄ ꝯuocari siue vocem sibi reseruauerint siue nō reseruauerint: qd̄ tn̄ q̄to rari9 fieri pōt pagatur: ipsi q3 reclusi quotiescunq3 ad caplm̄ ꝯuenerint accedētes pmanētes & reuertētes silētiū studeāt obseruare atq3 in caplo de alia nulla re q̄ de his que per caplm̄ tractāť sermonem habeant. Fratres quoq3 qui ad fontis boni hospitium deputanť (si vocē in caplo habeant) pari modo vocē habeant ac si in eremo cōmorarentur: & ipsi quoq3 in quib9 accedere ad caplm̄ voluerint debeant pari modo declarare: vt possint qn̄ opus est aduocari. Si tn̄ aliqua vrgeret necessitas vt differri negociū cōmode nō posset: aut res parui momenti esset: illis etiā nō vocatis caplm̄ legitime celebrabitur. Capli aūt eremi que & qualis sit authoritas aplicum docet priuilegium in quo hec leguntur. Caplm̄ eremi in tpali & spirituali regimine eremi fontis boni & alioꝝ locoꝝ eremo annexoꝝ & subiectoꝝ candē authoritatē habeat quā ordinis caploꝝ quorumcunq3 diffinitores habent aut habituri sunt: & quicquid per eremi caplm̄ in eremo & locis predictis circa modum viuendi induendi fabricandi & diuinū officium ordinādi ac celebrandi & circa moꝝ & cerimoniaꝝ obseruationes determinatū fuerit: maius etiā robur habeat q̄ si fuisset per diffinitores capli cuiuscunq3 ꝯstitutum: & quicquid per caplm̄ eremi circa predicta aut quecūq3 alia ad eremum & loca illi annexa atq3 subiecta pertinere videntur: determinatum ac diffinitū fuerit: nullo modo possit immutari aut infringi aut directe vel indirecte impediri sub magna proprie ꝯsciētie aggrauatione: neq3 eis que diffinita fuerint valeat ordinis generalis aut eremi: poꝝ aliusue ordinis diffinitores sine capli toti9 eremi ꝯsensu derogare.

¶ De correctionibus sepius in ecclie vestibulo faciēdis. Cap. xlvj.

Preter ea que dicta sunt alio etiā quodā modo freqūter simul eremite ꝯgregantur: qui cōgregandi modus licet nō proprie capl'um possit appellari in capli tñ similitudinē fit. Mos etenim in eremo est ⁊ valde quidē proficuus qui ⁊ in futuris tēporibus diligenter obseruandus proponit: vt singulis diebus quibus soluitur silētiū hora qua soluēdū silentiū est: signo facto a maiori ordinate exeūtes de ecclesia omnes in vestibulo ecclesie firmentur: vltimus subsequitur maior qui omnibus stantibus dicit benedicite: quod soluti silētij signum est: ⁊ postmodū siquis se culpabilē in aliquo senserit vel negligentie veniendi ad diuinū officium vel fracti silentij vel alicuius regule ⁊ ꝯstitutionū preuaricatiōis genuflexus seipsum accuset dicēs: Dico meā culpā ꝙ sic vel sic feci: ⁊ a maiore correctionē ⁊ penitētiā accipiat. Siqd etiā vel d diuino ordinando officio vel de aliquo alio tractandū occurrerit quod nō multa indigeat discussione: ibidē cū oī modestia ⁊ vocis summissione tractetur: non secus oio ꝙ̄ in capl'o fieri soleat. In q̈dragesimis quoqꝫ vel extra quadragesimas dieb⁹ qbus seruari silentiū debet si pro maiori aliqua preuaricatione ꝯstitutionū aliquis corrigendus est: vel precipuum aliquod denunciādū occurrat quod sine scandalo aut magno detrimento differri non possit: tunc in vestibulo modo predicto ꝯgregentur fratres ⁊ illud denūcietur pro quo ꝯgregati sunt sine benedicite: idest ꝙ nō propterea solutū esse silentiū intelligatur: sꝫ expleto negocio pro quo ꝯgregati fuerant oēs cū silentio ad cellas reuertantur: atqꝫ omni quidē tempore siue soluatur silentium siue nō soluat: in eo vestibulo atqꝫ in vtroqꝫ vestiario que vestibulo sunt contigua prohibitum sit sermonē aliquē habere. Semp aūt qū in vestibulo secundū cōem ordinationē ꝯgregandi sunt fratres: studeant oēs tā monachi ꝙ̄ ꝯuersi dimissis oib⁹ alijs ministerijs ⁊ operibus ea hora adesse: sicut suo loco de ꝯgregādo capl'o dictum est. Quoties aūt sic ꝯgregādi sunt: maior expleto diuino officio signum faciat scabellum cui innitit manu leuiter pulsando: quo audito omnes de ecclesia ordinate exeant: ⁊ maiorem q omnes subsequitur in vestibulo prestolentur. Hec aūt congregandi fratres forma a sanctis eremitice vite institutoribus maxime ꝓpter correctiones faciendas adinuenta est. Et quia sine correctione atqꝫ frequenti admonitione nulla recta institutio diutius conseruari pōt.

Ideo inuiolabili obseruatione ℞ maxima cura hoc impleatur: vt cor rectiones reprehensiones admonitiones ordinationesq; ad vite obseruantiā pertinentes cū feruore charitatis ℞ eremitico rigore semp fiant in caplō qñ capitulum celebrať vel in vestibulo qñ ibidē fratres ꝯgregantur: ℞ maior vel qui eius vices tenuerit talē imponat transgressoribus ℞ preuaricatoribus penitentiā: ꝙ ipsi emēdētur ℞ alijs auferatur delinquendi occasio: nihil quantuncunq; minimū impuni tū relinquendo. ¶ Meminerit aūt semp qui corrigere debet in diuersis regule locis septē esse corrigendi gradus descriptos. Prim⁹ quoꝝ est occulte admonendo: quod etiā secundum euangelicam disciplinam bis faciēdū est anteꝙ ad aliud procedatur. Que tñ secre ta admonitio in minimis necessaria nō est. Secundus aperte corripiendo: qđ dupliciter fieri potest: primo nō expresso nomine sicut dñs in cena de Juda faciens nos docuit: deinde vero siqui sic correctus nō emendauerit: nomen exprimi potest: ac secundū psalmiste senten tiam arguere ℞ statuere ante faciem eius: ita tñ vt in hoc gradu euā gelic⁹ ordo seruetť: vt. s. prius corā duob⁹ vel trib⁹ fratrib⁹: deinde co rā oībus delinquēs corripiatur. Tertius gradus est a mēsa vel a mē sa ℞ officio simul delinquētem excōicando. Ubi aduertendum est ꝙ alia est excōicatio ecclesiastica alia regularis. Excōmunicatio qdē ecclesiastica (q̄. s. maior nuncupatur) nō solet fieri nisi pro peccato mortali ℞ separat hominē ab omni sacramētoꝝ cōmunicatione: excōmunicatio aūt regularis nō separat hominē ab ecclesia aut eccle siasticis sacramentis neq; ab auditione missaꝝ sed solū pro delicti pena delinquentē a ꝯsortio fratrū ī mensa tm̄ vel in mēsa ℞ in choro separat excōmunicatū. Unde ꝙuis possit etiā excōmunicationi ecclesiastice summittere errantē: nō tñ ea vti debet prelatus nisi ꝓ ma nifesto mortali delicto vł in alijs grauissimis casibus. Regulari vo excōmunicatione eu; vti ꝙ maxime decet: qm̄ pena est q̄ nihil officit sanitati: vt ieiuniū vel abstinentia aut verbera ℞ carceres facere pos sent: ℞ pro ea magis affligitur animus: ℞ cautius quisq; redditur ne in eā incidat penā. Quartus est correctionis gradus in ieiunijs ℞ ab stinentijs delinquentē affligendo: in quo magna semp discretiōe incedere debet prelatus ne quassatū calamū ꝯterat: ℞ nimium emungens eliciat sanguinē. Quintus in verberib⁹ ꝯsistit qui modus hac tēpestate minus ꝙ ceteri alij in ꝯsuetudinē venit: si tñ aliqñ fieri con

tingeret: nullo modo nisi ipsius plati manu aut alterius professi cui maior iniunxerit ipso maiore presente fiat: huius nāq3 quinti grad' loco carceris introducta est disciplina. Sextus vero vehemētissim' correctionis gradus est: si pro delinquente q supradictis modis emēdari nō potuerit cōis ofo fratrib' iniungat: vt pro eo oēs orēt: si forte de' ipse in corde ei' agat qd exteriori disciplina fieri nō potuit. Septim' aūt z vltimus modus est penitus incorrigibilē (pcipue q maiori aliquo esset vitio irretitus) extra frūm ɔsortium oio expellēdo. Qui quidē tñ septē correctionis gradus nō semp teneri per ordinē in oib' a corrigēte possunt aut debent: qm etiā regule admonet institutio im probos z duros ac superbos vel inobedientes statim vel verberum ictibus vel corporis castigatione in ipso initio delicti corrigendos ac coercendos esse z diuersis penitus diuersa conuenire. Unde secūdum regule doctrinam qui alios corrigit secundū vniuscuiusq3 qualitatem mores vel intelligentiā omnibus se ɔformare debet. Nam sepe vnde alius sanatur alius leditur: z culpa nō solū in eo quod effectum est attēditur: s3 in persona: in intentiōe: in modo: in vsu vl' frequentia delinquendi maxime ɔsistit. Unde aliter corrigēdus videt senior aliter iunior: aliter qui studiose z maligne: aliter qui per negligentiā aut infirmitatem deliquerit: aliter qui in eodē vel diuersis delictis sepius inuētus fuerit: aliter qui raro aut nunq̄ pene delinquere soleat. Hec aūt oia z plura alia his similia de correctionis necessitate z modo ex sancta regula discere studeat maior: vt seipsum primo deinde subditos sibi corrigere ad emendationem valeat.

¶ De disciplina suscipiendoꝝ fratrum in eremo. Cap. xlvij.

Suscipi in eremo ad eremiticam ɔuersationem possunt ex seculo veniētes siue seculares oio z laici siue sacerdotes fuerint. z non minus religiosi oēs cuiuscunq3 ordinis ēt mēdicātes z chartusienses. De secularibus .n. antiquissima eremi a beato Rodulpho edita monumēta in qbus mores eremi describit: hec inter cetera continent: Multi seculares homines nr̄is temporibus post tergū mundo piecto ad hāc eremū velut ad tutissimū portū ɔfugerūt. Unde satis ɔstat antiquis illis tēporib' seculares in eremo fuisse receptos. S3 z grauis auctor Petr' Damian' i ea quā eloq̄nter scripsit eremitarū regula seculares potius q̄ cenobitas in eremo recipiendos admonet: huiusq3 sētētie ratiōes nōnullas adducit valde efficaces.

Qd vero in recẽtioribus ꝯstitutiõibus Gherardi prioris dictuȝ est: videlicet nõ suscipiendos esse in eremo nisi eos qui ꝑ triennium in camaldulẽsis ordinis cenobijs fuerint ꝯuersati: solũ ad camaldulẽsis ordinis mõachos rferebat. Sic.n.hñt. Monachi (camaldulẽsis ordinis intellige (sequẽtia.n. hoc indicãt) volẽtes morari in eremo ibi nullo modo cõmorenẽ nisi ad minus steterint ꝑ trienniũ in nr̃i ordinis ꝯuẽtu. Hec aũt dicta sunt ad tollẽdaȝ omnem (siqua esset vnq̃) ambiguitatem que rationabiliter esse non debet: vt antiquissima ꝯsuetudo q̃ vsqȝ ad hec tẽpora perdurauit in futuꝝ obseruet: atqȝ in eremo seculares siue sacerdotes siue penitus laici suscipi posse itelligantur. Quo ad religiosos vero amplissima extant multorum Romanoꝝ Põtificum indulta recẽtissime vȝ. M.D.xij. a Leone. x. Pontifice maximo ꝯfirmata ⁊ alijs nouissimis apostolicis lr̃is roborata: in quib᷒ inter cetera hec legũtur. Vobis.s. eremitis vt oẽs ⁊ singulos (cuiuscũqȝ ordinis existãt) ⁊ de quibuscunqȝ ꝯgregationis domibus seu monasterijs siue mẽdicãtium siue non mendicantium ẽt chartusiẽsis ordinis venerint qui in eremo vestra sub ordine ⁊ habitu vestro in ipsa eremo altissimo famulari perpetuo elegerint: superiorum suoꝝ licẽtia petita licet nõ obtenta sine cuiusq̃ ꝯtradictione recipere ⁊ retinere possitis tenore presentium indulgem᷒: nõ obstantibus ꝯstitutiõib᷒ ⁊ ordinationib᷒ priuilegijs ⁊ indultis quibuscũqȝ sub quauis forma verborũȝ in ꝯtrariũ forsitan factis seu fiendis: de quibus ẽt ⁊ eoꝝ tenoribus in presentibus esset habenda mentio specialis. Preter hoc vero qđ quingẽtis ãnis talis est sine vlla ꝯtradictione seruata ꝯsuetudo: transire ad arctioreȝ viuendi modum ẽt de iure cõmuni omnibus permittitur. Nulla igitur hominuȝ ꝯditio est cui non possit patere ad eremiticam ꝯuersationem ingredieđi adit᷒: si modo tales fuerint vt idonei ab eremitis iudicẽt. Illud tñ ⁊ antiquaꝝ ꝯstitutionum tenore ⁊ obseruata vsqȝ ad hec tempora ꝯsuetudine cautũ est: ne qs in eremo recipiatur nisi. xxv. etatis sue annum attigerit. Que tñ ꝯstitutio cũ his qui de valde longinquis partibus venirent ⁊ nõ possent cõmode redire: aut cũ illis quoꝝ ꝯuersio multis in exemplum futura esset: si vigesimuȝ primuȝ annũ impleuerint ab eremitis dispẽsari põt. De camaldulensis aũt ordinis cenobitis illđ obseruet qđ (vt diximus) Gherardi prioris ꝯstitutionib᷒ statutũ est: vt.s. null᷒ ex camaldulẽsis ordinis cenobio i eremo recipiatur:

nisi in cenobio per triennium fuerit conuersatus et sacerdos fit. Que quidem institutio et in omnibus alijs qui in quouis ordine aut congregatione professionem emiserint obseruãda est: vt in eremo non recipiãtur nisi trib⁹ annis in cenobio fuerint conuersati et sacerdotio fungãtur. Que tñ cõstitutio quo ad sacerdotium ad eos quos cõuersos vocamus nõ attinet: et in alijs et omnibus magni alicuius momenti existente causa possit dispensatiue cum aliquo non obseruari: vbi eremitis sic visum fuerit. Quoties vero aliqs siue laicus siue religiosus aut camaldulensis aut alteri⁹ ordinis recipi in eremo et fieri eremita siue per se siue per nuncium aut lr̃as postulauerit: neq3 eremi prior seu maior neq3 aliquis eremitarum sub magna proprie conscientie aggrauatione audeat suo sensu illi determinate respõdere: sed ad capitulũ eremi omnia hmõi referantur: sine cuius capli licẽtia sub eadem cõscientie aggrauatione nemo ad eremiticam vitam directe vel indirecte admittatur aut ab ea expellatur. Sic.n.per aplica priuilegia decretum est. Quicquid vero per capl̃m eremi super huiusmodi fratrum receptiones definitum erit: illud effectui mandetur. Presentes cum affuerint p magistrum nouitiorum et duos illos eremitas qui ad conseruationem institutionum fuerint deputati examinentur diligenter: qui postmodum maiori et capitulo referant quicqd de illis senserint: et si in eremo vltra mẽsem retinendi sunt per capl̃m definiatur. Absentibus si respondendum sit vt veniant: capitulum cõsulatur. Illud quoq3 qd̃ consuetudine laudabili fieri solet (nisi aliter expedire capl̃m indicauerit) nõ pretermittatur: vt nulli. s. ante q̃ p mẽsem integrum in eremo cõmorat⁹ fuerit habitus tradatur: sed p eos triginta dies quibus in suo priori habitu pmanebunt aliqua de eis inqsitio fiat et experiẽtia capiat: et tũc demum illis qui idonei a caplo iudicati fuerint habit⁹ concedat. Si in camaldulẽsi aut in alia quauis congregatione aut ordine secũdũ regulã sancti Benedicti professionẽ expressam et solennem emiserit qui in eremo recipiendus est: sine solẽnibus cerimonijs in caplo de manu maioris presentibus fratrib⁹ cucullam et cingulum ac professorum integrũ habitum recipiant. Alij vero oẽs siue religiosi et chartusienses q̃uis monachi appellentur: siue seculares in capitulo cum ordinatis psalmis ac oratiõibus et cerimonijs habitum nouitiorum discinctum scilicet scapulare et pallium recipiant: quod vsq3 ad professionem ferant. Ex inde illi qui iam

alibi secundum regulam sancti Benedicti professionem emiserunt aliam facere professionem non teneantur. Sȝ cū p annum in eremo cōmorati fuerint: in capitulo vel i ecclesia sine vllis cerimonijs corā maiore z eremitis se velle secundum ɔstitutiones camaldulēsis ordīnis per totam vitam z secūdum eremi instituta ꝙdiu in eremo fuerint viuere promittant: z in scriptis petitionem ac stabilitatem suam̄ faciant. Illi vero qui non sunt secūdum sancti Benedicti regulam professi: siue religiosi siue seculares fuerint: postꝙ probatiōis annuȝ in nouitiali habitu peregerint: tunc demum solēni modo in ecclesia inter missarum celebratiōem cū solitis z ordinatis cerimonijs facta (vt moris est) in scriptis petitione sua profiteantur: si prius a caplo fuerint ad professionem admissi. Ceterꝝ nullus oio statim vt professus erit (sicut in cenobijs fieri solet) vocem in capitulo habere intelligatur: sed per sex menses in eremo post professionē aut stabilitateȝ oēs cōmorent: z tūc demū ad eremitaꝝ ɔsortiū idest ad habendam vocem in capitulo admittantur: possit tñ caplm̄ ēt ante hoc tempus cum illis dispensare: vt voceȝ in caplo habeāt: quoꝝ ɔsilio res meliꝰ agi posse existimabuntur: siqui.n. tales fuerint: nihil prohibet statim post professionem aut stabilitatem eos ad habendā vocem in capitulo admittere. Recepti oēs quo die ad habēdam in caplo vocem admittūtur in fine regule que in choro est per ordinem describātur: z vniuscuiusqȝ nomen patria etas z vnde z quādo venerit ānotetur: vbi etiam morientium dies obitus z discedentium dies discessus per ordineȝ scribatur. Siquis vero proprio vitio siue ante siue post professionē suā discesserit aut eiectus fuerit: si reuerti voluerit emendationem vitij promittens iuxta sancti patris Benedicti doctrinaȝ si duabus ex tribus capli partibꝰ visum fuerit: sic recipiat: vt ad pbationeȝ per annum integrum receptus esse intelligatur: z in vltimo penitus loco ēt si sacerdos fuerit ponatur: ēt ꝙ ante ꝙ exisset in superiori valde loco fuisset: z post hūc pbationis annuȝ sex integros menses peragat ante ꝙ ad habendam vocem in capitulo admittatur: ꝙ si secundo exierit z denuo (vt diximus) duabus ex tribꝰ capituli partibus ɔsentiētibus receptus fuerit: in eadeȝ probatione z humilitate duos integros annos pmaneat: qui vero tertio exierit: z tertio codē modo receptus fuerit: tres eiusdem probatiōis pariformiter annos habere intelligatur. At vero post tertiam receptionem si vel exierit

vel electus fuerit nullo modo recipi valeat. Cenobita in maiorem eremi legitime electus statim vt elect⁹ fuerit: absq3 alia capituli diffinitione de numero capitulo ac consortio eremitarum esse intelligatur. Perfecto quoq3 sue administrationis tēpore: si p sex mēses in ea fuerit administratione: postq̄ alius in maiorē eremi electus fuerit ipse eremita esse intelligatur: et aliter recipi in eremo nō sit necessarium. Stabilitatē tū suā in scriptis facere teneatur: sicut alij qui ex camaldulensi siue alio ordine secūdu3 sancti Benedicti regulā ad eremū accedūt facere ↄsueuerūt. Qui si ad capl'u3 ↄgregatiōis accessisset: teneat expedito ↄgregatiōis capl'o (q̄ citi⁹ fieri poterit) ad pl⁹ infra terminū vnius mensis ad eremū redire: et si reditū suu3 vltra dictū terminum distulerit: nisi euidēter impeditus aut cum capituli seu noviter electi maioris cōsensu hoc fecerit: eremita ac ō capitulo eremi deinceps esse non intelligatur: nisi a capl'o eremi denuo recipiatur.

¶ De ordine ↄgregationis eremitarum. Cap. xlviij.

Legitimus ac regularis ↄgregationis ordo est (vt quemadmodum in oībus cenobijs fieri solet) sic in eremo nō etas discernat aut preiudicet: s3 secundū professionē suā quisq3 locū teneat. Quia tū et nō sacerdotes esse qui diu iā professi sunt i eremo possūt: et de alijs ꝓfessionibus sacerdotes venire ad eremū ↄsueuerūt: ideo ante oīa diligēter obseruādū est: vt sacerdotes (etiā si nouitij essent) semp supra eos qui nō sunt sacerdotes q̄uis multorum annorum professi essent: locū habeāt: et in sacris diaconatus ac subdiaconatus ordinibus ↄstituti cos oīo precedant qui tales ordines nōdum receperūt. Dūmodo illi qui habitū nouitiorum ferūt etiā si sacerdotes essent atq3 ante ad habitum recepti fuissent: nunq̄ supra eos qui cucullas ferūt in choro vel alio loco stare permittant. In ceteris qm̄ diuersa valde est viuendi in eremo ratio et austerior institutio et a cenobiali valde distat eremitica ↄuersatio: ita vt qui ex cenobiali quauis institutiōe ad eremū accedūt quasi de nouo ↄuerti et seculū relinquere vident: ideo illi qui extra eremū vel in camaldulensi vel in alia quauis congregatione seu ordine etiā secundū sancti Benedicti regulā expressam emiserint professionē: nō prioris sue professiōis s3 (sicut illi q aut e seculo aut ex alijs professionibus veniūt et propterea regulā sancti Benedicti ꝓfessuri sunt) professionis sue in eremo emisse aut promisse stabilitatis locū teneant. Non. n. attendenda est etas nec alibi

emissa professio. Sed quisq3 sicut ad eremiticā ɔuersus fuerit insti-
tutionē: eremitice professiōis locū obtineat. Poterit tñ eremi maior
cū seniorꝝ eremitarꝝ ɔsilio: si aut etatis aut diutius in religione pacte
vite aut alterius cuiusuis legitime occasiōis ratio exposcere videat:
aliquos maxime secundū sancti Benedicti regulā professos prefer
re: secundu3 ꝙ ipsa equitatis ratio suadebit: nō tñ supra oēs iam pro-
fessos in choro existentes alicui de nouo veniēti locū dare possit: sem
per eorꝝ qui in eremo professi sunt aut post professionē in eremo diu
vixerint magna habita ratione. Maxima etiā semp super eos sit ɔ
sideratio: q ex seculo iā seniores ꝛ pleni annorꝝ ad eremū accesserint:
licet nō tot professionis annos haberent: quot illi qui in cenobio pro-
fessi sunt. Nā in cenobijs fere oēs iuniores profitētur: in eremo vero
freqnēter hoīes ɔtingit maturiori etate ꝛ seniores ꝓfiteri. Cū vō ali
cui a maiore (vt dictū est) superior ꝙ rō professionis exigeret locus
ɔcessus fuerit: nūꝙ debet (nisi forte delictis suis exigentibus) in in-
feriori loco collocari. Hoc tñ oīo seruet vt cū aliquis ad sacerdotiu3
aut ad sacros ordines promoueri ɔtigerit: qui ex eo ꝙ sacerdos non
erat infra multos locum habebat: nō quē prius retinebat locu3 tene
at: s3 ad debitum professionis sue locu3 accedat: etiā si supra multos
quibus inferior erat ascendere pro tēpore sue professionis oporteat.
Conuersi quoq3 inter se eundē ordinē per oīa seruent ꝛ secundū p̄-
dictum modum semp in suo choro in caplo in mensa ꝛ in omnib[9] lo-
cis permaneant: nec quisꝙ eorꝝ aut per contēptum aut per negligen
tiā huiusmodi audeant ordinē preterire. Nullus vero vnꝙ (etiā ꝙ
per caplum receptus fuerit) anteꝙ habitū camaldulensis ordinis
habeat in aliquo loco eos qui habitu3 habent p̄cedere debet: s3 etiā
si sacerdos fuerit ꝛ prouecte etatis ꝛ diu in quauis religiōe ꝓfessus:
in choro ꝛ in omnibus alijs locis ꝙdiu habitū nō habet camaldulē
sis ordinis: infra oēs etiā nouitios locū habeat. Camaldulensis abt
cenobita quacunq3 causa ad eremū veniens (nisi cōgregationis vi
carius sit seu alicuius monasterij prelatus aut visitator ɔgregatiōis
in visitatione existens) infra oēs professos eremi locū suum habere
debet. Siquis vero talis fuerit a caplo pro eremita receptus secun-
dum ordinē superius dictum locum teneat. Hoc etiā attendatur vt
nullus vnꝙ eremita (excepto maiore) neq3 si maioris vices gerat
neq3 si reclusus etate senior sit: in illis sedibus in choro locū teneat ꝙ

e regione altare respiciunt: et sedes prelatorum dici consueuerunt: neque etiam quisquam (excepto maiore) debet ingrediendo aut egrediendo ante ipsas sedes prelatorum transire: sed vnusquisque per ostium quod in medio chori ex vtroque latere est ad sedes chori accedat et inde recedat. Quoties vero contingeret in eremo propter cuiuslibet solennitatis celebrationem plures adunari camaldulensis ordinis monachos aut prelatos: tunc in choro prelatis supra eremitas omnes excepto maiore locus concedatur. Simplices autem monachi contenti erunt infra omnes penitus eremitas loca tenere. In refectorio vero aduertere conuenit: vt mensa prioris seu maioris prelatis concessa eremite omnes suo ordine in vna mensa a latere dextro: cenobite vero in alia a latere sinistro disponantur. Extra eremum in cenobijs in capitulo in via et vbicunque locorum mos et antiqua institutio est vt maior eremi precedat omnes congregationis prelatos excepto illo in cuius monasterio actualiter existit. Professi quoque eremite non ordine sue professionis sequantur: sed sacerdotes supra omnes cenobitas sacerdotes (exceptis solummodo monasteriorum prelatis) in choro in refectorio et vbique locum habeant. Non sacerdotes insuper eremite super omnes cenobitas non sacerdotes solent locum tenere. Eremi quoque nouitij ac conuersi tam in eremo quam extra eremum supra omnes alios cenobiorum nouitios ac conuersos locum teneant: et adeo eremitis superiora loca debentur: vt in capitulo generali congregationis omnibus illis qui ad illud celebrandum accedunt: postquam prelati omnes prelaturis suis renunciauerunt: et tunc omnes secundum professionum suarum ordinem locum tenent: eremitis non secundum professionem suam: sed supra omnes penitus locus dandus est: quoniam supra omnes professos qui prelati non sunt illis semper locus debetur: et tunc (etiam si sacerdotes non sint) omnibus sunt preferendi: quoniam eremita etiam non sacerdos in omnibus capituli congregationis actibus tam in loco quam in ceteris omnibus tanquam si sacerdos esset habendus est: sicut in capitulo apud fontem bonum celebrato apertissime diffinitum est: et per apostolicas litteras declaratum. In capitulis vero generalibus totius ordinis duo eremite qui a capitulo eremi electi erunt absque alia electione capituli diffinitores semper esse debent. Hoc n. et consuetum semper fuit: et apostolica auctoritate confirmatum est.

¶ De locis ad eremum pertinentibus: et de eremitis in eis deputandis. Cap. xlix.

Quoniam preter eremum non nulla sunt loca ad eremum et ere

nitas pertinentia:idest eremo penitus vnita atq3 annexa: ꝛ sub maioris eremi obedientia atq3 regimine ꝯstituta:ꝛ plura forsitan in futuꝝ erunt. Ideo ante oīa locis huiusmodi si cura illis incumbit animaꝝ:ea diligentia adhibeat: vt (si fieri possit) cura ab eis amoueat animaꝝ:ꝛ alicui vicino loco regulari vł ad seculares presbyteros ꝑtinenti applicet. Hoc etenim facere (etiā nolente plebe) aplico priuilegio eremitis ꝯcessum est. Aut si hoc fieri cōmode non posset:cura ipsa animaꝝ in predictis locis nō per eremitas vllo modo: ſ3 per aliquem ꝯductum secularē sacerdotē aut monachū qui de ꝯgregatiōe nō sit:peragatur. Nā aplico priuilegio cautū est:vt a locis omnibus ꝯgregationis ta3 eremitarum ꝙ cenobitarum oīs cura animarum amoueatur. Quod si minus impletu3 fuerit: talis locus possit ab eo cui vnitum est separari:ꝛ alij ꝯgregatiōis loco vniri. S3 ꝛ illud caute obseruetur:vt ad nullum locū quē habent aut forte in futurum habituri sunt ad habitandum de nouo deputētur eremite:nisi prius diligenti habita ꝯsideratione hoc fuerit per caplu3 eremi cōstitutum. Ubi vo semel deputati sunt aut eos deputari contigerit: inde nō possint ita amoueri:vt locus deseratur ab eremitis:nisi hoc iteꝝ per caplu3 fuerit determinatū. In locis aūt in qbus soliti sunt fratres eremite deputari:de anno in annū per caplu3 (sicut suo loco dictu3 est) deputentur:ꝛ qui sic deputati fuerint:obediētie munus sibi iniunctū implere teneantur. Nam illa antiqua ꝯstitutio per Martini quinti Pont. Max. litteras ꝯfirmata:ꝙ.s.eremite extra eremū mitti aut deputari nō possint:ita intelligenda est:vt nō possint a familia eremi separari:aut in cenobitarum monasterijs nolentes deputari: nisi de capituli eremi consensu. De locis vero eremo vnitis atq3 annexis ac sub maioris eremi obedientia ꝯstitutis: ꝛ per caplu3 eremi ꝛ per apostolicas Leonis.x. litteras declaratum est: ꝙ eremi prelatus cū suo caplo monachos ꝛ ꝯuersos sibi subditos ad loca religiosa eremo vnita possit destinare ac in illis deputare:ꝛ ipsi sic destinati ac deputati curā locoꝝ huiusmodi etiā si mendicātes fuerint habere ꝛ gerere possint. Fratres aūt eremite in huiusmodi locis deputati vnum ex seipsis superiorē agnoscant:cui omnimodā obedientia3 prestent. ꝙ si illi cui in eisdē locis potior cura demandata fuerit:abbatis:prioris:superioris:aut tale aliud preeminentie nomen ꝯcessu3 fuerit:oēs secum in eodē loco deputatos atq3 alios eremitas qui ad ea loca ac

cederent:in illo tm̄ loco p̄cedat:si vero sine vllo preeminentie nole erit:sue professionis locū tenere debet. Omnes quoqȝ sic per varia loca deputati eremite si vocem habere in capl'o ꝯsueuerunt:quoties quacunqȝ occasione ad eremū venerint:vocē habeant in capl'o. Sȝ ꝙdiu in locis ab eremo vltra septē miliaria distantibus pmāserint: vocari ad capl'um necesse nō sit:⁊ coꝝ absentia nō obstante capl'um eremi legitime celebrari posse intelligatur: neqȝ etiaȝ aliqs qui alibi ꝙ in eremo aut in fonte bono deputatus fuerit eligi in ꝯuentualem: vt maioris socius ad capitulum accedat: vnꝗ possit. Qui tamen in supradictis locis extra eremū deputati: cum eos in eremo aut alibi extra loca sua esse ꝯtigerit:etiā si superiores:priores: vel abbates nominentur:locū sue professionis tenere debent. Nullus aūt supradictorū (exceptis qui in fonte bono cōmorabuntur) possit ad eremum venire sine superioris illius loci licētia:aut nisi hoc fuerit sibi a maiore aut a capl'o ꝯcessum. Ipse quoqȝ cuiuscūqȝ loci superior ad eremuȝ nō accedat:nisi prius maiori aut capl'o ad qd velit venire significauerit:⁊ licētiā accedēdi obtinuerit:nisi forte vrgētissimū aliquod negociū quod differri sine magno detrimento non posset: aliter fieri suaderet. Frēs quoqȝ eremite q̄ i eremo cōmorāt cū ad p̄dicta loca q̄uis de eā declinauerint:si cū maioris licētia hoc fecerint:quāto tpe in illis locis cōmorabuntur:de familia illius loci esse intelligantur: ⁊ si ea loca capl'um habuerint vocē in capl'o habere possint. Quod tm̄ dum celebrabitur:si etiā nō affuerint:dūmodo in eodē loco deputati adsint:legitimū fuisse intelligendū est. In oibus v̄o huiusmodi locis deputati fratres eremite eandē que in eremo obseruari solet: eremitice vite institutionē obseruent:⁊ in ieiunijs: abstinentijs: psalmodijs:silentijs:diuinis officijs ⁊ in alijs oibus (quantuȝ loci dispositio patitur) eas ꝯstitutiones semp obseruare satagāt: que pro tempore in eremo obseruabūtur:nisi a capl'o eremi alias vel alias in scriptis acceperint viuendi ⁊ ꝯuersandi institutiones. Poterit.n.capl'uȝ eremi in aliquo loco deputatis fratribꝰ (prout loci ratio exiget) varias ꝯstitutiones tradere. Semp tm̄ eremitice vite rigorē (ꝙtū fieri pōt) studeant ꝯseruare. Quibus aūt alie nō fuerint ꝯstitutiones tradite: has presentes pro sacra eremo institutas obseruent. In locis v̄o in quibus nō solent sacerdotes eremite sȝ aliqui ꝯuersi aut cōmissi frēs deputari:sicut in vtraqȝ vinea:frēs illi ꝯuersi aut cōmissi qui ibideȝ

fuerint deputati:qm̄ maxime laborib⁹ corporalibusq3 exercitijs va-
cant:satis facient:si in ieiunijs cenobiticā seruauerint ꝯsuetudinem.
Cū tñ aliqd amplius facere voluerint:cū benedictiōe dn̄i volūtarie
faciant. In alijs vero omnibus(prout melius posse sibi videbit)stu
deant semp eremiticā (si nō in toto obseruare)saltē in qbus possunt
imitari ꝯuersationē:et has custodire institutiōes. Nullus tñ vnq̄ cō-
uersus aut commissus frater possit sine maioris in scriptis habi-
ta licentia secularibus sacerdotibus aut alterius ordinis religiosis
nec etiā nostri ordinis qui ꝯgregationis nō sint ꝯfiteri:nisi in casu ali
quo extreme necessitatis:s3 vel eremitis vel cenobitis etiā ꝯgregatio
nis sacerdotibus(prout maior disposuerit)oēs valeāt ꝯfiteri. In lo-
cis vero in qbus eremite nō fuerint deputati:si locus religiosus sit:et
aliquo diuino indigeat cultu:maxima ac diligenti cura procurēt ma
ior:fontis boni camerarius:et qui ad conseruationē ꝯstitutionū fuerint
deputati et oēs demū eremite:vt pro debito vel ꝯsuetudine loci diui-
nus in illis cultus vigeat augeaturq3 potius in dies q̄ in vllo dimi-
nuatur. Ecclesie eorundē locoꝝ et claustra ꝯseruentur: et si forte indi-
guerint:omnino reparentur:ne aliquid indecens aut minus religio-
sis viris dignū in eis vnq̄ ꝯspiciat. Misse si in eis celebrande sunt:
debitis sacris vestibus altariumq3 decentibus ornamentis atq3 lu-
minibus per seculares sacerdotes aut nostri seu alterius ordinis re-
ligiosos celebrentur:etiā si annuis stipendijs essent ꝯducendi: et oib⁹
studijs procurent eremite talia loca ita regere ac reparare:vt nō vi-
deantur inter ea posse annumerari q̄ curialibus dicunt cōmēdata.

¶ Qualiter eremitis oīa humane vite necessaria ministrēt. Ca .li.

Quemadmodū filijs Leui qui nō habebant partem in terra
cum reliquis filijs Israel:sed dominus pars eius et funicul⁹
hereditatis ei⁹ data sunt cāpestria in suburbijs ad pascendū pecora
eoꝝ:filijs quoq3 Israel omnibus data est terra mōtuosa et cāpestris
ex qua colligerēt nō solū frumentum vinū et oleum sed fenum quoq3
ad pascendum iumenta:ita sane eremitis qui quasi tribus leui par-
tem in terra non habere elegerūt:vt possent illud psalmi decantare:
Domin⁹ pars hereditatis mee et calicis mei:et quasi filij Israel ad
sancte religionis obseruantiam relictis seculi delitijs quasi ad terrā
promissionis relictis egypti opprobrijs peruenerūt:dāda sunt nō so-
lum spiritualia auxilia quibus quasi frumento seu pane cōfirmētur:

vino letificetur ⁊ oleo exhilaretur interior homo qui de die in die renouatur in agnitionem dei: sed ex campestribus ēt fenū tēporalia .s. huius vite cōmoda ad pascēda ⁊ sustentāda coꝝ iumēta corpora .s. q̄ corrumpūt. Filioꝝ etenim leui pecora: idest seruoꝝ dei corpora in suburbijs pascēda sunt. Post igitur eremitice ꝯuersatiōis instituta: post spiritualiū institutionum obseruantiam: maiori ⁊ illis quibus tēporalium rerum administratio cōmissa fuerit cure sit: vt eremitis oīa humane vite necessaria ꝯgruis semper temporibus ministrētur: vt non opus sit propter aliquā corporis necessitatē mentē a diuinis contemplationibus ⁊ spiritualibus exercitijs amouere. Ante oīa quot annis singulas cellas maior aut ille cui cōmissum fuerit diligenter pscrutet: ⁊ modis oib⁹ ꝓuideat ne stillicidijs pluuiaꝝ desuper descēdētib⁹ aut vētoꝝ frigiditate p parietū rimas intrāte i aliqua sui parte ledant: ⁊ siqd in eis reparare necesse ē: semp ab illis cellis incipiat q̄ magis indigere reparatione videtur: ēt si illā postremus oium q in eremo sunt inhabitet. Non sit inter fratres in hoc aut in alio aliqua acceptatio psonaꝝ: sed modis omnibus attendatur vt nō habitātiū qualitate sed cellaꝝ indigētia ꝯsiderata: illa semper prius reparetur q̄ maiori incōmodo afficere posset habitātem. Prouideat deinceps vt singule celle oīa habeāt vtēsilia: que ad cōmode habitādum in ea sunt necessaria: oībus equaliter q̄ oportuna sunt distributis: nisi ꝙtū pro etatis aut cōplexionis aut valitudinis diuersitate alius pl⁹ alius minus indigere videtur. In quibus illud obseruetur: vt oīa q̄ frangibilia non sunt aliquo modo signentur: vt .s. ad quam cellam pertineant aperte cognosci possit. Et que signata fuerint nemo vnꝙ de illa cella in qua deputata sunt audeat vlla occasione amouere: ⁊ ita singulis quibusq3 cellis prouisum sit: vt nullo modo egeāt eremite de cella ad cellam trāseuntes (qd̄ oīo facere ꝓhibitum sit) aliqd̄ asportare: nisi indumēta illis cōcessa: lecti stramēta: libellosq3 aliquos secundū eoꝝ capacitatē illis ꝯcessos. Post hec procuret vt vnusqsq3 eremitaꝝ necessaria habeat corporis indumēta. Circa qd̄ laudabilis eremi ꝯsuetudo obtinuit vt necessaria indumēta ordinarie bis in anno eremitis distribuantur: crassiora .s. q̄ de panno dicuntur adueniente hyeme: leuiora vero seu subtiliora: veniēte estate: que de rassa appellantur. Illa igitur q̄ adueniēte hyeme fratrib⁹ sunt necessaria diligenti maioris ⁊ ꝯseruatoꝝ aut cellerarij examinatione premissa

(nemine aliquid postulante) ita singulis fratribus distribuantur: vt ante diez sancti Martini oia omnibus sint distributa: vt. s. nō sit necesse eremitis pro illis in aliquo quadragesime (que tunc incipit) silentium frāgere: aut in coꝝ cogitatione mentē occupare. Vestimēta aūt que de panno ꝯfici solēt sunt cuculle tunice ꝛ pallia que de alio ꝙ̄ de panno fieri nō possunt: atqꝫ alia que ad repellendum frigus subtꝰ tunicam deferri solent. Ea vero leuiora indumenta que ex eo conficiuntur qd vulgariter rassa dicitur ex qua fiūt potissimum tunicelle: que super nudum deferuntur: ꝛ scapularia: in estate ante calendas augusti oibꝰ pro indigētia distribuanť. Preter hec tēpora si aliquo indigeat frater cum humilitate maiori vel cellerario suggerat se huiusmodi re indigere: Maior vero diligētissimam curam habeat vt fratri egēti statiꝫ illud sumministreť quo indigere significauerit: nullo qꝫ pacto patiatur per dilationem aut negligentiaꝫ fratris corpus ob indigentiam affligi: ne animus inde incipiat pro humana fragilitate in aliquo perturbari. Caueat insuper ne in semetipso discretus ac solicitus in alios vero austerus ꝛ negligens repperiatur: immo in distribuēdis vestimētis ꝛ alijs omnibꝰ id inuiolabiliter obseruetur: vt a subditis: ꝛ postremis quideꝫ: incipiatur: nec possit maior aliquid habere: nisi q̄ dāda sunt inferioribꝰ illis data fuerint: maiorqꝫ semp vltimus sit in recipiendo necessaria vt omnibus alijs prouidere non obliuiscatur. De numero aūt ꝛ forma ꝛ mēsura oium indumentoꝝ̄ ea ratio habeatur: vt singuloꝝ fratrū eremitaꝝ a primo vsqꝫ ad vltimum: cuculle: tunice: scapularia: ꝛ cetera oia indumēta vniformia sint: idest omnia sub vna forma conficiantur: ꝛ circa mēsuram in longitudine ac latitudine ea cura habeať: vt pro vtentiū qualitate indumenta sint equaliā: idest oibus eque lōga ꝛ non alterius lōgiora alterius breuiora appareāt: cuculle ac tunice talis sint mēsure ꝙ nullo modo terram tangant: nec minus ꝙ̄ vsqꝫ ad talos protendantur. Quo ad numeruꝫ vero: licet duas tunicas ꝛ duas cucullas a regula ꝑmissas esse videatur: ꝓ seruāda tñ ꝑfectiori modo pauptate: illud obseruetur qd institutū est: vt. s. apti vnam solam tunicam ꝛ vnaꝫ cucullam habeāt: reclusi vnam tunicam ꝛ vnum pallium eremiticum: neqꝫ. n. permissum est aptis professis eremitis eremiticum pallium: neqꝫ reclusis cucullam deferre. Nouitij vero vnicum eius generis palliū qd nouitioꝝ habitus est: tantum habere possint. Singuli aūt

eremite reclusi ⁊ aperti professi ⁊ nouitij monachi ⁊ conuersi duas tunicellas ⁊ duo scapularia: ⁊ alia que ad repellēdum frigus sunt vnicuiqȝ necessaria vestimēta habeāt. Preter q̄ in cella cellerarij tres aut quatuor sint tunice ac cuculle ⁊ pallia pro cōmuni vsu fratrum: q̄ singulis sua lauan̄ volētib⁹ accōmodari possint. ¶ Ligna quoqȝ sunt eremitis valde necessaria propter loci non tam intensiorem q̄ prolixiorē frigiditatē. Quēadmodū igitur antiquiorib⁹ cōstitutionib⁹ diffinitum est: ⁊ obseruari fere semper cōsueuit: de mēse maij ita necessaria eremitis ligna preparentur ac ad cellas singulorū adducātur: vt ante festū sancti Romualdi oēs celle necessaria ligna acceperint. Quo ad numerū aūt ⁊ q̄titatem: Gherardi prioris cōstitutionib⁹ diffinitum est: vt aperti triginta quatuor (vt vulgo dicitur) trahina: reclusi autem qui propterea q̄ assidue in cella ⁊ nudis pedibus cōmorantur: pluribus indigere videntur: quadraginta quatuor accipiāt. Trahinū aūt vnum tātum est q̄tum vna vice duo boues trahere possunt: siue septē ligna siue plura aut pauciora trahāt: sed hoc tempore magis attenditur q̄tum fratribus opus sit: q̄ aliqs prefinitus numer⁹ aut mēsura: ⁊ illud maxime procuratur: vt pro cuiusqȝ qualitate q̄to qlibet indiget tātum vnicuiqȝ tribuatur. Cōmuni tñ existimatione creditur apertis cellā vnā: q̄ (vt pñs currit cōsuetudo) ē trahinorū. xxxv. q̄titas: reclusis vnā cū dimidia sufficer̄: ita vt min⁹ nemini tribuatur: pl⁹ aūt (si necessitas postulauerit) dari possit. Sȝ ⁊ minuta quedam lignorū frustra seu fragmēta: abiectuȝ .s. que inciduntur singulis annis: de mēse augusti preparanda atqȝ ad singulas cellas deferēda sunt. Deferre aūt ad vnamquāqȝ cellam sufficit vigintiquatuor iumētarias sarcinas: quas vulgo salmas appellant. Que minuta ligna propterea q̄ ad ignem facilius ac citius excitandum necessaria sunt: nullo modo pretermittantur quin singulis annis eremitis oībus tribuātur: ēt si aliqui sint qui vti illis nolint. Nō est.n. pro vnius aut paucorū volūtate necessitas ⁊ vtilitas multorū negligēda. Illud quoqȝ tam in crassioribus q̄ in minutis lignis obseruen̄: vt ab vna cella incipian̄ ⁊ ordinate ad alias procedatur: ita vt nō personarū acceptio aliqua appareat: sed cellularū ordo in distributione obseruen̄. Preter illa vero q̄ sunt singulis cellis necessaria: pro coquina quoqȝ: pro refectorio: pro hospitio: ⁊ pro sacrario taȝ minuta q̄ crassiora ligna predictis temporibus (q̄tum opus est) prepa

rāda atq3 adducēda sunt. Preterea illud inter cetera pcuretur:vt singule celle instrumēta excolēdi ortulos:incidēdi ligna:z alia q̄ com muniter singulis sunt necessaria habeant. Siquis aūt pter hec cō munia (propterea q aliquam exerceat artem) aliqbus illius artis egeat instrumentis:cum charitate z diligentia illi prouideatur:vt ea habere possit:z talia artis alicuius instrumēta de cella ad cellam de ferre prohibitum non sit:sed illa que communiter singulis cellis de putantur nullus de cella ad cellam deferre audeat:circa que omnia cuiuscūq3 artis instrumēta vt oīo cōmunia sint:z in vsu oibus accō modata:z nō vn⁹ abūdet alius egeat:trigesimū secundū regule capi tulū penitus obseruet:z ille q (vt suo loco dictu3 est) a maiore z capi tulo ad hoc deputabitur oīa recolligat z custodiat:atq3 index oīum apud maiorem z apud deputatum custodem z operariū semper sit: z singuli eremite bis in anno maiori z operario indicem omnium in strumentoꝝ que in cella habēt cōsignare non pretermittant:z siquid defuerit:quid d̄ illo actum sit:studeāt indicare. ¶ Panis quoq3 q (q̄ diligenti⁹ fieri pōt) apud fonte3 bonū ɔficiat bis in hebdomada ad singulas cellas deferatur. Solēt aūt cōmuniter in hebdomada quatuordecim panes pro singulo eremita ministrari. Panis vero vnus pōderis vnciaꝝ. x. cōfici solet:siquis aūt amplius indiguerit petenti vnicuiq3 (q̄tum opus est) ministretur:que superfuerint celle vinarie ministro i calce hebdomade aut semper cū recētes recipiūt reddātur. Cōsueuerūt quoq3 oibus dieb⁹ abstinētie deputatis extra quadragesimas z bis in hebdomada in quadragesimis placente re center facte singule ad singulos eremitas ex fonte bono deferri:que tm̄ nihil aliud sunt q̄ panis recēs depressus. ¶ Uinū vero singulis diebus in quibus vinum bibere licet:singulis eremitis secūdū quod vnusquisq3 vasculū aut vascula p̄parauerit a celle vinarie ministro in mane per totum die3 siue gemine siue vnice refectionis sit:tam .s. in estate q̄ in hyeme semel tm̄ in die album aut nigrum ad fratris cuiuscūq3 arbitriū administratur. Cure aūt sit maiori videre vt oēs moderata vasa habeāt z nemo debitā excedat mēsurā. ¶ Caseus vero semel in hebdomada .s. dominica die in mane in certa q̄titate pōderis dimidie libre que cōmuniter sufficere per hebdomada3 exi stimatur:singlis ministraẜ: siquis aūt amplius indiguerit:petere cō sueuit:z cū maioris licētia quātū sufficit accipit cū benedictiōe dñi.z

¶ Ceterorum autem ferculorum ac pulmentorum que in coquina preparantur: et singulis diebus immo per singulas refectiones fratribus ministrantur qualitatem et quantitatem: et que quibus diebus ministranda sunt: index seu tabula que in coquina et apud cellerarium semper esse debet: aperte et dilucide indicare potest: et que in tabula descripta sunt (quantum possibilitas patitur) obseruent. ¶ Fructus quoties a vineis eremi aliisue locis quocunque ad eremum deferantur: equali portione omnibus distribuantur. Illud quoque attendatur vt bis aut ter in estate ad ciuitatem florentinam vt recentes fructus inde afferantur: iumenta (vt fieri solet) destinentur: fructus autem huiusmodi maxime sunt pepones persica et alia similia. Ante vero vtranque quadragesimam prouideri solet: vt singuli eremite fructus qui hyeme conseruari solent accipiant: sicut sunt poma: pira nuces: castanee: et precipue carice .i. exsiccati ficus. De quorum omnium quantitate et qualitate eadem tabula aptius docet. Uuc quoque recentes ex vineis eremi deferri solent: et preter eas que per aliquem vnum diem ministrant: singulis eremitis dimidia recentium vuarum iumentaria sarcina tribuitur: quas ipsi pensiles per totam hyemem seruare consueuerunt: que quidem fructus cum semel oportunis temporibus ministrati fuerint: vnusquisque illis quando licet cum modestia vtitur prout vnicuique magis est cordi. Sal vero acetum et oleum tam ad vescendum quam ad lucerne lumen nutriendum: quoties quis illis indiget toties ministrantur: et in tanta quantitate: vt per plures dies immo per menses sufficere possint. Cum autem quod ministratum fuerat consumptum est: petit quisque que necessaria sunt: et statim accipit. Petendi autem tam hec quam alia omnia vite necessaria modus est: quod seruata omnino silentii disciplina: quoties quis aliquo indiget: vasculum illud in quo recondi aut conseruari tale aliquid possit: in armariolo quod in porticu celle est exponit: et ille qui ad ministrandum vinum et alia ad singulas cellas accedit: conspecto vacuo vasculo statim intelligit quo quisque opus habeat: acceptoque vasculo eadem die: immo quamcitius fieri potest: vbi vacuum acceperat plenum reportat. Uasa enim queque quibus continendis rebus accomodata ac deputata sunt: et ex ipsarum rerum qualitate et ex vsu satis intelligi potest. Si autem aliquando aut vas minus cognosci posse dubitatur: aut aliquo quis indiget quod aut penitus vase contineri non consueuit: aut consuetum vasculum non habeat: in eodem armario in quo vasa poni consueuerunt cedula ponitur: nihil aliud continens quam purum rei qua indiget nomen: verbi gratia caseus: sal: et huiusmodi: et tunc qui vinum

⁊ reliqua fratribus ministrat lecta scriptura prout ex ea cuiq3 necessarium aliquid esse cognouit:ea que quilibet postulat ministrare non differt. Quotidiane vero refectionis fercula ac pulmenta oīa que in coquina coquunt ac preparantur singulis diebus quibus ꝯsueuerūt huiusmodi ministrari hora qua vesci solent eremite per aliquos ad hec deputatos precipue ꝯuersos ad singuloꝫ cellas deferuntur: ⁊ in armario quod in porticu celle ad hoc collocatū est:reponunt. Si dies gemine refectionis est:mane idest post sextā pro prandio:⁊ vespere idest vesperaꝫ officio celebrato pro cena: ⁊ si ieiunij dies sit: post nonā:⁊ in maiori quadragesima post vesperas legitimis .s. refectionis horis que dāda sunt ad singulas cellas (vt dictum est) deferūt: eadē semp oībus(nisi aliqui infirmi sint)⁊ equaliter oībus: nulli plꝰ nulli minus:nec alicui diuersum quicq̄ ministrari ꝯsueuit. Qui necessaria fratribus ministrandi ordo in futuꝫ quoq3 inuiolabiliter obseruet:⁊ ita fiat:vt ⁊ necessarium fratribꝰ nihil desit: ⁊ necessaria ministratio cū multa quiete sine aliquo silentij preiudicio siue tumultu aut mentis distractione peragatur. Illa quoq3 laudabilissima ꝯsuetudo obseruetur:que ab antiquioribus eremitis tradita vsq3 ad hec tempora perdurauit. Singulis.n.annis circa festu3 sanctoꝫ Simonis ⁊ Jude ad aliquā magis vicinaꝫ ciuitatū: Florētiā maxime:sed ⁊ Venetias aliqñ(q̄uis raro) aliqui p̄cipue conuersi fratres ad hec idonei cū descripta informatione mittuntur ad emēdū varia ac multiplicia genera reꝫ:que per totū annu3 possunt eremitis esse necessaria aut oportuna. Cum.n.nō possint (nec deceat) quotidie diuersas ciuitatis officinas ac apothecas adire:vbi queq3 humanis vsibꝰ necessaria aut parantur aut venalia habentur:oīa huiusmodi semel ꝑ toto anno q̄ntum sufficere annuo vsu vel discretione quadā iudicatū fuerit:cōparantur:⁊ apud eremi cellerariū collocantur ⁊ ꝯseruātur: atq3 per totum anni circulum vnicuiq3 secundū varias indigentias que maiora sunt cū maioris iussione:que aūt minora absq3 alia licētia:per ipsum cellerarium fratribꝰ ministrātur:prout vnicuiq3 oportuna sunt:⁊ que per manus cellerarij dispensantur (cum hoc fiat capl'o ⁊ maiore sic instituente) ꝑ manus maioris ministrata existimantur. Genera aūt reꝫ que emi consueuerunt que ⁊ qualia ⁊ in quanta quantitate emi soleant:index seu tabula que apud predictū cellerarius esse debet plenꝰ ꝯtinet. Siquis aūt eremita particulari aliqua

indigentia aut propter aliquā quā exerceat artē:aut propter aliā vite necessitatē aliquo posse indigere existimat:quod cōi vsu emi nō soleat:qñ ad emendas res ipsas fratres mittunť maiori vel cellerario suggerit que pro tali vel tali indigentia aut tali vel tali arte exercenda sibi necessaria aut oportuna forent:⁊ sic ea etiā cū alijs cōib⁹ reb⁹ coemuntur. Hoc pacto fit vt vna tm̄ vice per anni circulū ꝑ toto anno eremite ciuitatē ingrediantur:⁊ nihilominus omnib⁹ ciuitatis cōmodis toto anno perfruātur. Solet aūt (vt ⁊ hoc memorie tradať) singulis annis pro huiusmodi necessarijs varioꝝ ac multiplicium geneꝝ rebus exponi vsqȝ ad summā .xxx. aureoꝝ. Que valde laudabilis ꝯsuetudo nullo vnꝙ tempore aut negligentia omittenda aut alio cōsilio permutanda est. Nā ⁊ cōmodo ⁊ quieti eremitaꝝ valde proficua esse cognoscitur. Siquis tñ preter illud tēpus infra anni circulū aliquo indigeat vel indumēto vl libro vel cuiuscunqȝ artis instrumento aut alio aliquo (quodcunqȝ illud sit) qđ cōi illa coemptione rerum cōparatum nō sit:maiori aut cellerario suā suggerat indigētiā. Ipse vero maior ac cellerari⁹ multo magis solicitī sint fratri de his quibus indiget prouidere:ꝙ si ipsimet aliqua re indigerent:aut similia desiderarent. Sic enim ⁊ charitatis lex ⁊ cōmissum sibi munus expostulat:vt qui ad ministrandū alijs deputati sunt:alij potius ꝙ sibi ministrare procurent:aliter si sibi soliciti ⁊ diligētes sunt: alijs aūt negligenter prouideāt:dei iudicium atqȝ vindictam timeant. Maior enim non ideo alijs prepositus est:vt sibi possit cōmodius inseruire:sed vt (proprijs etiā neglectis necessitatibus) solicite alijs oportuna ministret: tanꝙ auis q̄ proprie famis necessitate neglecta pullis suis cibum ministrare omni solicitudine satagit. Sic enim vere maioris ⁊ patris locum tenebit. Aliter vero si fecerit: nō mercedem sed vltionē a dño eum opus est expectare. Nec secus quidē de cellerario dicendum est:in his que particulariter ad ipsum pertinent.

¶ De perfectiori reclusionis institutione. Cap. li.

Quamuis cōis camaldulensium eremitaꝝ cōuersatio ita se habere videatur:vt i ea nulla quotidiani operis necessaria prouisio:nulla emptionis ⁊ venditionis distractio: nulla victus aut vestitus solicitudo:nulla olo corporalium rerum sibi necessario parādaꝝ ⁊ anxietas eremitis relicta esse videatur:nullāqȝ demū piculose libertatis ac insolentis arrogantie occasionem aut proprie vi

te instruēde ac memorāde curam habeat que sane oīa antiquoribus Egypti atq3 Thebaidis eremitis (vt apud Cassianū legim⁹) ɔtraria satis esse solebāt: sed talis oīo sit vt oībus huiuscemodi occupationib⁹ atq3 piculis amotis sub obediētie iugo solitudinis cōmodis omnibus perfruatur: atq3 eam arripientes eremite manifeste a terrenis oībus mētem alienā3 reddere ⁊ (q̄tum humana imbecillitas patitur) cū xp̄o viuere possint: qd̄ quidē apud eūdem auctorē pfecte eremitice ɔuersationis finis esse describitur: ⁊ iteru3 sine illis cenobij incōmodis ac distractionibus: q̄ multiplicia sane annumerantur: ⁊ obedientie bonū teneāt: que monacho oīum virtutum cōmodissima esse solet: ⁊ fraterne opis ⁊ cōsolatiōis securitatem habeāt: ⁊ crastine tū diei nullā curam recipiant: que precipua cenobij bona esse censentur: ⁊ demum (vt multa breuibus colligātur) talis sit: vt pro quoda3 sancti spiritus illustratione adinuento temperamento aut oībus aut certe pluribus amotis vtriusq3 ɔuersationis incōmodis ⁊ periculis omni tam cenobitice q̄ eremitice vite cōmoditate ac securitate perfruatur. Quāuis (inq̄) cōis camaldulensis eremi talis oīo sit institutio: nō satis tū beatissimo viro eremitice vite institutori Romualdo visum est: imo spiritui sancto qui in eodem viro perfectam eremitice vite formam tradebat non satis fuit: nisi perfectiorem aliam viuēdi rationem ostenderet: in qua ⁊ cenobialis ⁊ solitarie vite incōmodis ac periculis plenius amotis vtriusq3 ɔuersationis cōmoda ac bona oīa pfectius copularet: vt sine vlla sancte obediētie iactura: sine vlla proprij corporis necessarijq3 alimēti cura: sine vlla p̄prie instituēde ac moderande vite solicitudine: sine vllo solitarior̄ periculo pfectissime solitudinis atq3 eremitice vite trāquillitate cōmoditate ac dulcedine eam arripientes plenissime perfruātur. Que quidem viuēdi forma beatis illis seculis quibus Egyptus alieq3 orientales plage infinita pene cenobitar̄ ac eremitar̄ anachoritar̄q3 multitudine ornabāt: nō adhuc in notitia hominū deuenerat. Sicut.n.nec singule regiones nec singula anni tempora eisde3 ornātur fructibus: ita nec singulis seculis eadē diuinus largitur spirit⁹ munera. Oportebat.n. illis temporibus quēq3 religioni deditum aut cum solitudinis iocunditate obedientie penitus ⁊ paupertatis iacturam facere: ⁊ proprij corporis aduētātiumq3 necessitatibus quotidiani operis prouisione curam habere: ⁊ instruende vite solicitudinem suscipere: aut si crastini

curam et proprie instituende conversationis solicitudines a se abijcere et obedientie ac paupertatis thesaurum retinere malebat: solitudinis tranquillitate perfrui non poterat. Beatissimus autem vir Romualdus in his occidentalibus partibus spiritu utique sancto illustrante et commune adinvenit camaldulensium eremitarum institutionem in qua (ut dictum est) et cenobialis vite et solitarie conversationis commoda que antiquis temporibus simul haberi non poterant mirabiliter sunt coniuncta: et longe perfectiorem ac sublimiorem religiose et eremitice vivendi formam instituit. Nam admirabilissimam excogitavit reclusionis institutiones: in qua perfectiori valde modo et cenobialis conversationis incommoda et penitus solitarie vite pericula declinantur: necnon utriusque institutionis commoda plenissime inveniuntur. Quam quidem a beato viro traditam institutionem continuato tenore usque ad hec tempora observantes camaldulenses eremite consueverunt postquam aliquamdiu in communi vita in eremo conversati sunt qui liberioris contemplationis perfectiorisque mentis tranquillitatis sunt studiosi: solique deo continue vacandi ardentiori desiderio tenentur: cum maioris atque coeremitarum consensu singuli per singulas seorsum positas cellas oratoriosque se includere: sub regula: sub prelati potestate: sub eremiticarum constitutionum iugo vinctos non minus quam cum aperti communi erant conversatione contenti: omne tamen bonorum consortium atque coeremitarum fratrum intuitum declinantes: omnemque pariter instituende ac moderande vite solicitudinem et omnes proprij corporis ac rerum temporalium curam penitus relinquentes: sic in cellulis inclusi tanto magis cum deo in celestibus conversari satagunt: quanto magis in terris ab omni humano consortio se se faciunt alienos. Quo vivendi instituto his qui sunt orationum studiosi ac divinis contemplationibus dediti quid felicius quid beatius contingere in hac vita possit non facile est videre: Postquam igitur communis camaldulensium eremitarum institutio in precedentibus declarata est: de perfectiori ac feliciori sane reclusionis institutione que ibidem observatur pauca quedam que exteriorem potiusquam interiorem eorum conversationem ostendant iam nunc dicenda sunt. Interiorem namque reclusorum eremitarum perfectionem: ascensiones. s. illas mirabiliter in corde dispositas: que sunt manna absconditum: scriptis comprehendere esset impossibile.

De reclusione ad tempus. Cap. liiij

Quoniam ardua queque de facili aggredi et sine previa aliqua

experientia suscipere nullus debet: ideo non perpetua solū reclusio sed varia ad tempus instituta est reclusionis forma: q̄ oio necessario ꝑpetuā ꝑcedat reclusionē: vt i ea illi possint exerceri q cauti⁹ ac secu⸗ ri⁹ ad ꝑpetuā accedere reclusionē intēdūt. Nā vt antiqſſimis eremi camaldulēsis institutiōibus a beato Rodulpho eremi priore editis memorie traditū est: alij p vtrasq̄ anni quadragesimas: alij per cen tū ꝯtinuos dies: quidā per integrum anni cursum in cellis se include bant: mosq̄ (vt alibi legit̄) potissimus erat: vt per binas quadrage⸗ simas in cellis firmiter oēs permanerent: preter duos aut quatuor qui propinquiores ecclesie cellas incolentes ad ecclesiā cōuenirent: ibidē diuinum officiū ⁊ missaꝝ solennia celebrantes: ⁊ cū summo si⸗ lentio ad cellas reuertentes. Ceteri vero oēs per vtrasq̄ quadrage⸗ simas reclusi in cellis permanebant: in calce eaꝝ: idest in vigilia do⸗ minice natiuitatis ad vesperas: ⁊ in die cene dñi ad tertiam exituri. Que quidē laudabilis reclusionis ꝯsuetudo nō solum ꝯseruanda ſ ⁊ augenda est: vt. s. illis qui sic voluerint aut per alterā aut p vtrāq̄ quadragesimā aut per centū dies: aut etiā ab idibus septēbris vsq̄ ad sanctū pascha: idest toto ieiunij regularis tempore: aut etiā p con tinuū anni circulum recludi (si ita maiori videbitur) huiusmodi re⸗ clusio nō solum facile ꝯcedatur: sed ⁊ ad huiusmodi capescendā re⸗ clusionis institutionē si nō perpetuo saltem ad aliquod tēpus oēs qui ad hoc idonei videbuntur a maiore hortentur. Quatuor tñ ad min⁹ professi eremite aperti permaneant: qui dieb⁹ ⁊ noctibus diuinū offi cium sacraꝝq̄ missaꝝ solennia in ecclesia celebrent. Necessarium enim censetur vt semp maior: nouitioꝝ magister: sacrista: atq̄ celle⸗ rarius aperti permaneant. Hi. n. quatuor ad totius eremi guberna⸗ tionē deputati esse videntur. His igitur quatuor exceptis: qui ꝑ tem pore administrationū suaꝝ aperti oio esse debent: ceteris oībus pro fessis reclusionē ad tēpus aliquod: quod annū nō excedat: petentib⁹ possit (si maiori videbitur) talis reclusio ꝯcedi: nisi forte vel pro cōi aliqua vtilitate aut ꝑpter eremitaꝝ paucitatē aut alia aliqua de cā maior ⁊ capl̄um necessarium aut oportunū iudicauerint: aliquē ex pe tentibus eo tempore nullo modo debere recludi. Aliter temporanea huiusmodi reclusio anni spatium nō excessura cū solius maioris be⸗ nedictione absq̄ alia capituli licentia: aut alijs vllis cerimonijs arri piatur. Neq̄. n. in eo qui sic ad tp̄s reccluditur aūt etatis aut profes⸗

fionis tempus attenditur:sꝫ omnibus professis eremitis a maiori cō cedi pōt:dūmodo vltra annū nō extendatur. Nouitijs aūt nunq̄ p̄mittenda est:⁊ ꝯuersis fratrib⁹ difficillime ꝯcedenda. Reclusus vero sic ad tempus eremita pro tēpore quo reclusus permanserit oēm penitus reclusionis institutionē seruare teneat: nō secus q̄ illi faciūt qui perpetue reclusionis institutum arripuerunt. At vero siqū aliqs vel quadragesime vel centū dieꝝ vel cuiuscunqꝫ tēporis infra anni spatium reclusionē postulauerit: atqꝫ eā cum maioris benedictione arripuerit:⁊ postmodū aut propria fragilitate:aut tentationum vi superatus per illud tempus quod petierat perdurare in reclusione nō poterit:pro eodē toto tempore quo reclusus secundum suā petitionē esse debuerat:q̄uis apertus sit:quasi quadā leuitatis sue pena: ppetuum seruare silentium teneatur:vt nemo oio illi:neqꝫ ille alicui sine particulari pro qualibet vice licētia alloquatur:quousqꝫ illud impletum tempus fuerit:per quod permanere inclusus postulauerat. Sꝫ ⁊ illud diligenter attendatur:vt illis qui petita ad tempus reclusiōe: in ea per illud tempus nō perseuerauerint: difficili⁹ postmodū perpetua reclusio ꝯcedatur: ⁊ nisi magna aliqua in eis apparuerit mutatio:desiderātes perpetuo recludi:anteq̄ hoc illis permittat: p aliā ⁊ aliā ad tempus reclusionem experiātur. His vero qui per petitū tempus cū alacritate ⁊ tranquillitate reclusi perseuerauerint: facili⁹ postmodum petentibus perpetua reclusio concedatur. Nullus tñ vnq̄ ad perpetuā aut temporalē reclusionem cogendus vllo modo est:sꝫ spontaneam potius vtrāqꝫ esse oportet. Neqꝫ etiā aliquis siue ad tempus siue perpetuo reclusus sit: ita se ab obedientia immunē aut alienum existimet:vt quotiescunqꝫ maior aut cap̄lum in virtute sancte obedientie illi preceperit:exire recuset:cum tñ maior ⁊ cap̄lus nisi vrgētissima causa ⁊ rationabili occasiōe hoc (maxime ppetuo) reclusis iniungere non debeant.

¶ De reclusione perpetua ⁊ recludendi ritu. Cap. liij.

Perpetua ante oia reclusio dicitur: nō quia in ea professio:votum:promissio ve aliqua interueniat:nō quia sic reclusi nō exire aliqua constitutione sub peccati culpa obligentur:nō (inq̄) q̄ obstrusa obserataqꝫ ianua sit:nō q̄ catbena aliqua ferrea teneantur:sꝫ quia Christi amor ⁊ contemplationis studium spontaneā quotidie ⁊ perpetuā tñ reclusionem facit. Cum igitur aliquis eremitaꝝ trige-

simum quintū etatis sue annū impleuerit:ꝛ p annū ad min⁹ post suā in camaldulēsi ordine professionem:in eremo scd̄m eremiticas cō stitutiōes ɔuersatus fuerit:ad ppetuā petendam reclusionez idone⁹ redditur. Nulli.n.nisi predicta etatis ꝛ professionis tempora imple uerit ɔcedi ppetua reclusio potest. Cū vero quis legitimo tempore cōgrua humilitate ita recludi petierit:vt ppetuo reclusus pmaneat: res ad eremitaꝝ capl̄m deferat: vbi maturo ɔsilio ꝛ diligenti exa mine:ꝛ petētis virib⁹ examinatis ꝛ pterite eius ɔuersatiōis forma:ꝛ hmōi petitiōis causa:q̄ nā.s.sit mutua collatiōe ɔsiderata: tādē p ec clīe porrecta fabaꝝ suffragia si illi r̄clusio ɔcedēda sit diffiniat. Nul li tn̄ facile talis ppetua reclusio ɔcedat:nisi pri⁹ q̄tū ad r̄clusiōez ido ne⁹ sit p aliquā tēporanee reclusiōis expiētiam examinat⁹ fuerit ꝛ p batus. Illud quoqz meminerint eremite antiqoribus ɔstitutiōibus definitū esse:vt ppetua reclusio nō facile cuiq̄ (ꝛ maxime iuuenib⁹) ɔcedatur. Iuncturez aūt vsqz ad quadragesimū etatis annū extēdi olim declaratuz fuerat:sed postmodū ꝛ generalis capituli diffinitiōe ꝛ aplicis priuilegijs institutū ac declaratum est:illis qui trigesimum quintum etatis annuz perfecerint reclusionē ɔcedi posse:quippe qm̄ semper maturitas moꝝ vite tranquillitas ꝛ ɔtemplationis studium ceteraqz ɔuersatiōnis instituta potius q̄ annoꝝ numer⁹ in recludēdo eremita ɔsiderāda sunt. Ille igitur cui p capl̄m ppetua reclusio con cessa fuerit non statim recludatur:sed antea priori vel maiori omnia peccata sua generaliter ɔfiteatur:ꝛ specialem ab eo absolutionem re cipiat manu eius humiliter deosculata. Die vero quam infra vnius aut duoꝝ mensium spatium maior illi ad incohandam reclusionem deputauerit in mane post primaz nullus de ecclesia discedat:imo si aliquis forte abesset aduocetur:ꝛ missa sancti spiritus a maiore aut ab alio cui maior iniūxerit ad altare maius celebret:ad quam dicto Agnus dei frater recludēdus cū oibus ibidem existentib⁹ eremitis pacem faciat:idest iconam q̄ ad pacis osculum porrigitur oibus de ferat. Postmodū deuote corpus xp̄i accipiat: nisi ipse ea die cele brauerit:aut sit oīo celebraturus: quo munitus accingat fortitudine lumbos suos:ꝛ quasi miles in acie paratus ad pugnā ɔtra diabolus variaqz eius tentationū genera esse studeat. Expleta tādem missa fratres minorib⁹ incipientib⁹ de ecclesia ordinate exeāt:recludendo frē a sinistris maioris subseq̄nte cū cruce aq̄ bn̄dicta ꝛ incēso septez

psalmos

psalmos eo modo dicentes quo solent in diuino officio dicere:ad cellam futuri reclusi graui incessu:honestoq; gressu procedát:vbi cella tota aqua benedicta aspergaẗ & incenso adoleatur. Finitis vo septẽ psalmis cum letanijs & orationibus ꝯsuetis alijsq; de more (vt in libris ꝯtineẗ)peractis cerimonijs in fine hec antiquitus instituta addatur oratio. Benedic dñe quesumus cellã istam:& qui in vmbra alaꝝ tuaꝝ speramꝰ:ab oĩbus insidijs demonũ virtutis tue potentia tueamur:qua dicta demũ minoribus incipiẽtibus reclusũ fratrem oẽs amplexãtes de cella exeant:& sic illum reclusum dimittant. Qui tñ sic reclusus frater per annũ ad reclusiõis ꝓbationẽ reclusus esse intelligaẗ. Et si eo probationis anno quiete egerit:& reclusionis institutiones recte impleuerit:ꝑpetua illi clausura sine alia capituli diffinitione cõcessa intelligaẗ. Si vero eo anno inquietus curiosusue extiterit:& secularium seu et coeremitarum collocutiones nimis amauerit: precipue si litteras munuscula nũcia & eulogia freqũter vł ad eos q̄ extra eremũ sunt vel ad eremitas mittere:vel hec eadem ab alijs libẽter suscipere visus fuerit:vel cũ illis q̄ ad seruiẽdum immissa:vel ad deferẽdũ necessaria ad cellã eiꝰ accedũt minꝰ integre silentiũ seruauerit:vł maioris ꝑsentiã magis freq̃nter ꝙ par sit ꝯsiderauerit:superfluitates sue aut singularitates aliquas in victu & vestitu: ac in celle & oratorij supellectili ꝯtra scẽ volũtarie paupertatis institutũ sectatꝰ fuerit:aut in alijs scẽ reclusionis instituta minus impleuerit:tanꝙ ad reclusionem minus idoneus vlteriꝰ permanere reclusus a capitulo nõ permittatur. Qui.n.veram solitudinem nõ amauerit reclusionisq; rigorem nõ seruauerit reclusionis bono se penitus reddit indignum: ipse quoq; reclusus si ante probationis annũ exire voluerit:sine vlla instabilitatis nota:& sine vlla propter hoc pena possit libere exire. Et absq; hmõi annua probatione nulli cõcessa ꝑpetua clausura intelligatur:possit tñ nõ semel tñ sed sepiꝰ alicui probationis hmõi annus reclusionis concedi. Difficilius tamen illis qui prima vice minus perseuerauerint ꝯcedatur.

¶ De his que vltra cõmunem institutionem reclusis competunt eremitis. Cap. liiij.

Ante oia vt soli deo liberiꝰ vacare possint eremite reclusi (hoc enim reclusionis finis esse videtur) tam generalis capituli ꝙ apostolice sedis decreto statutum est vt circa regimen administra-

tionemq; rerum tam spiritualium q̄ temporaliū eremi ⁊ annexoꝝ ac subiectoꝝ illi locoꝝ nullum proprie ꝯsciētie onus subire teneātur: sed ab his spiritualibꝰ temporalibusq; curādis oīo liberi ⁊ imunes sint: itaq; si eisdem saluti ⁊ quieti sue sic expedire videbitur: possint (ēt sine ꝯsciētie scrupulo) voci sue quam in capitulo habere ꝯsueuerunt in aliquibus aut in omnibus renuntiare. Ideo (vt dictum est) cū quis recluditur singulis annis tenetur maiori in scriptis tradere in quibus voci sue renūciare ⁊ in quibus eam sibi reseruare intēdat: vt sciri possit pro quibus ipse ēt cū ceteris apertis eremitis ꝯsulendꝰ est. Tenētur vero principaliter reclusi omnes cōmunis institutiōis formam in omnibus q̄ non sint reclusioni ꝯtraria seruare: ⁊ nihil oīo de cōmuni viuēdi obseruātia relaxare: regulam: cenobiticas institutiones: cōstitutionesq; eremiticas (nisi aliter per reclusionis ordinationem sit institutum) debent multo diligentius perfectiusq; q̄ cenobite aut aperti eremite obseruare. Sācta quoq; religionis vota paupertatis: castitatis: ⁊ obediētie corpore ⁊ corde plenissime semꝑ custodire: ⁊ illam quam per reclusionē quesisse videntur solitudinē ac secessuꝫ ita amēt vt nisi summa necessitate coacti nec videre nec videri nec aliquem alloqui neq; litteras scribere aut recipere velint: latere ⁊ tacere sit illis semper potissimum desiderium: nihil rimari nihil inquirere nihil audire nihil scire ī nulla re se intromittere summo curēt studio ac diligētia: ad ipsos ēt coeremitas fratres litteras aut nunciū aut munuscula mittere aut ab illis recipere sine speciali maioris licentia non possint: humilitati quoq; diligētissime studeāt: solēt.n. pfectius vite genus arripiētibus diuersa superbie genera vehementius insidiari. Diuinum officium eo modo eo ordine eisdem semper horis persoluere teneanē: quibus aperti persoluunt eremite. Audito in nocte signo surgentes ⁊ signo se crucis muniētes ea dicāt que dicere oēs non solum eremite sed cenobite ēt ꝯsueuerūt. Deinde cum eremitico pallio oratorium ingrediantur: seq; aqua benedicta aspergāt: ⁊ per oīa eadem faciāt ac dicāt: que in ecclia solēt aperti facere eremite. Demumꝫ candela cereo vel lucerna accensa punctatim rare ⁊ distincte intelligibili ⁊ mediocri voce totum persoluāt officiū: ⁊ in die similiter per oīa faciāt: semper audito signo ad oratoriū cūꝫ pallio accedant: ⁊ sic temperēt horas: vt si fieri posset eodem īstāti incipiant officium quo illi de choro incipiūt: ⁊ tam in nocturno q̄ in

diurno officio tam virginis ꝙ regulare nec nõ ⁊ mortuoꝝ nũꝙ neqꝫ ad lectiones sedeãt aut inniri stent sedibus:sicut illi qui in choro con ueniũt:facere ꝯsueuerant:easdem quoqꝫ inclinatiões genuflexiones ac cerimonias p oĩa obseruẽt:quas aperti solent obseruare eremite: qñ legunt euãgeliũ cũ stola ad collũ ⁊ accẽso cereo cũ reuerẽtia ⁊ de uotione illud legãt. Die sabbati perfecto cõpletorio toto corpore in oratorio prostrati defectus ac negligẽtias quas in diuini officij cele/bratione per totam hebdomadam cõmiserũt recognoscãt:⁊ ꝯfitean tur coram deo pro penitẽtia dicturi genibus flexis psalmũ quinqua gesimũ cũ compunctione cordis. Singulis diebus dñicis vł saltem semel in mense ante misse celebrationẽ aquã benedicãt ⁊ totã cellaꝫ aspergãt:quotidie post completorium ⁊ ante primam vel ẽt ante oẽs canonicas horas se ẽt aspergẽtes:ꝯfessiones in prima ⁊ completorio bis dicãt in ꝑma ꝑsona verba accomodãdo: missas quoqꝫ quotidie celebrent nisi forte aliquod habuerint impedimẽtũ aut humilitatis gratia semel seu bis in mẽse voluerint abstinere:si quãdoqꝫ vero cõ tingeret vt propter aliquod impedimentum in die in qua sub ꝑcepto missam audire oẽs tenẽtur reclusus aliquis celebrare nõ posset:ma/iori impedimẽtum suum denũtiet:⁊ ille aliqueꝫ sacerdotẽ mittat q in reclusi fratris cella ea die sacra missaꝝ peragat mysteria. Cũ illo q ad seruiẽdum illis in missa fuerit deputatus:atqꝫ cũ illis qui sibi hu/mane nature necessaria deferũt:nisi preuia generali vel speciali ma/ioris licẽtia non loquantur:sed siquo indigent signo potius vel breui scripto studeãt indicare. In qualibet hebdoma semel semp ad min⁹ die videlicet sabbati ordinarie maiori aut illi quem maior ad confes sionem hmõi audiẽdam ad eos mittere voluerit:seu in maioris ab/sentia illi qui locum eius tenuerit ꝯfiteãtur. Psalteriũ totũ ꝑfectũ.s. cẽtũ quinquaginta psalmoꝝ numeꝝ singulis dieb⁹ persoluãt:illudqꝫ sedẽdo dicere possint: presertim si senectutis debilitatisue aut alteri⁹ rei causa vel ꝓpria ꝯsciẽtia dictauerit vel maior sic fieri consuluerit. Diuinis lectionibus sanctis meditationibus puris ac deuotis ora/tionibus multo attentius ac feruẽtius insistant:ꝙ aperti faciant ere/mite. Quõ qdem nisi fecerint:⁊ deo ⁊ hominibus absqꝫ dubio se men tiri cognoscãt. Propterea .n. recludi existimantur:vt his spiritua/libus vacare liberi⁹ possint exercitijs sicqꝫ deo ꝑfectius vniri valeãt nõ vt bonum ꝯsortium ꝑ impatiẽtiaꝫ fugiãt:tempore quo in ecclesia

misse celebrantur: precipue qñ 9uentualis dicitur missa: caueant ne fabulis aut corporalibus exercitijs vacent. Sic.n.antiquis constitutionibus scriptum est: reclusi missaꝝ hora vacet orationibus lectionibus aut psalmis nullo modo tunc se cõfabulationibus implicãtes nec illa hora (si cõmode fieri poterit) idest nisi magna cogat necessitas: colloquẽdi cum eis licẽtia tribuatur: vt diuinis penitus insistere permittantur: in eleuatione corporis xpi: inde qñ signum audierint: orare: gemere: deuoto corde z lachrymosis oculis esse satagant: z que antiquit⁹ instituta sunt diligẽter studeãt obseruare. Ante completorium (vt in choro seu capitulo p apertos eremitas fieri 9sueuit) aliquam deuotam z edificatoriaꝫ percurrant lectionem q̃ p cuiusqꝫ capacitate vel latino vel vulgari smone legi potest tria aut quatuor capl'a legẽtes. Stationũ quoqꝫ indulgentias in diebus stationũ deuote accipere minime obliuiscãtur. Sꝫ z illud nouerint reclusis oib⁹ eremitis ab apostolica sede 9cessum esse vt in proprijs cellis inclusi oẽs indulgẽtias que in aliquo eremi oratorio aut i locis quibuscũqꝫ ad 9gregationem ptinẽtibus sunt: aut pro tempore erũt quinquagesimum psalmum dicẽtes cõsequãtur: ac si ea loca personaliter visitarent: quas qdem indulgẽtias recipere oportunis temporib⁹: nõ omittant. Exteriores vero corporis habitusqꝫ 9positionem ac decẽtiam diligẽter custodiãt: cellasqꝫ singulas mãsiones ita ordinatas ac mundas teneãt: vt angelos cum eis habitãtes letificẽt: demonibus auteꝫ tristitiã inferãt de ordinata cõposita decẽti ac modesta nõ solũ interiori sed exteriori quoqꝫ coꝝ 9uersatione: semper illud attẽdentes: vt nequid nimis: nam sicut nimie sordes sic affectata munditia culpabilis esse videtur. Eremitico pallio (excepto corporalis exercitij tempore) semper vtantur: sed presertim in oratorio ad diuinum officiũ sine ipso pallio nunq̃ accedãt. Cũ aliqd a quocũqꝫ cũ maioris bene dictiõe accipiũt semp (vt i antiqs scriptũ est 9stitutiõib⁹) deũ benedicãt: deo. s. altissimo z illi q dat gratias pagẽtes. In ieiunijs z abstinentijs ea solum obseruare tenentur: que aperti obseruant eremite z nihil amplius ex obligatione facere coguntur: sꝫ siquid ampli⁹ agere voluerint: sponte propria faciant: vt ampliorẽ mercedẽ de voluntaria recipiant oblatione: possunt aũt de sedis apostolice 9cessione reclusi quiqꝫ vite obseruantiã arctioreꝫ atqꝫ austeriorẽ in quibus sibi visum fuerit custodire: licentia a priore seu maiore petita licet nõ ob-

tenta. Relaxare aũt absq₃ expressa superioris licentia non possunt. Que tñ quõ itelligenda sint: vbi de cõi ieiunij ₇ abstinentie institutione agebat superius plene declaratum est. Recte igitur facient reclusi eremite si in his ꝯsilium voluntatẽq₃ superioris poti⁹ ꝙ̃ eã restringende vite libertatẽ sequentur. Si aliquã infirment nunq̃ propterea de cella exire ꝯsueuerunt: sed (vt in antiquissimis scriptũ est ꝯstitutionibus) sicut sani ita infirmi cellis inclusi pmaneãt: oĩa tñ corpori necessaria que in eremo possunt ministrari illis sic in cellis permanentibus tanq̃ Christo cũ charitate maxima ministrent. Consulente vo medico: ₇ maiore per obedientiam iubente exire ð cella in grauiori aliqua infirmitate: ₇ ad domũ infirmoꝝ apud fontẽ bonũ descẽdere recusare nõ debent: nisi euidentem diuinã forte aliã senserint inspirationes. Silentiũ inuiolabile ita semp obseruẽt: vt nunq̃ aut cũ his q in eremo sunt: aut cũ his q aliunde adueniũt: sine expressa ₇ speciali licentia loquantur: quã quidẽ licentiã neminẽ habere credant: nisi tabellã cuꝫ sigillo eremi ₇ maioris nomine manu propria subscripto a maiore acceptã sibi ostendat. Solum in hebdomada maiorẽ q̃dragesimã precedente cõis fratribus eremitis licentia ꝯceditur: vt horis quibus solutũ est silentium: semel tñ per singulos loqui reclusis possint: nõ cellas ingrediendo sed ad fenestras loquẽdo: nisi forte reclusus aliquis silentij ₇ quietis desiderio loqui etiã illis dieb⁹ nõ acquierit. Alio aũt tempore ad reclusos accedere aliquid ve illis porrigere aut loqui nemini licet: nisi prius tabellam sigillo eremi impressam a maiore receperit: neq₃ reclusus alicui loq aut aliquẽ audire debet: nisi talẽ sibi ostenderit tabellã. Nudis pedibus semp permaneant: vsq₃ tñ ad talos caligas ferre poterunt: si hoc fuerit sibi a maiore ꝓ aliqua causa ꝯcessuꝫ: dũmodo discalciatos semp oĩo pedes habeãt: nisi vel senectus vel mala valitudo aliter exigere videret: sed cũ ad celebrandam missaꝫ accedunt: crepidas accipere debent. Soccolos tñ ligneos qui calopodia vocãt habere in vsu possunt. In antiqs insuper ꝯstitutionibus scriptũ est: ꝙ si voluerint: pelles super humeros deferre possunt. Quod tñ hoc tempore min⁹ fieri ꝯsueuit: sed siquis antiquas illas sequi voluerit ꝯstitutiões: intelligat se pelles nequaq̃ infra aut subtus alia vestimẽta deferre posse: sed super humeros tñ in modum melotis supra alia vestimenta exterius habere. In corũ (sicut nec in apertoꝝ) cellas nemo penitus nisi qui illis in celebrãdo

missas inseruiunt ea tm̃ hora atq3 ea de causa vnq̃ ingrediť sine spe
ciali maioris licentia: que difficilius valde ⁊ rarius q̃ de cellis aper
toꝝ: ⁊ nō nisi magna de causa ꝯcedenda est. Quoties vero grauiori
aliqua tenentur infirmitate: alli q fuerint ad seruiēdū infirmis a ma-
iore deputati absq3 alia licentia semꝑ ingredi possint. Volentib⁹ aūt
eos visitare (si tamē reclusi tales amauerint visitatiōes) facilius in
eoꝝ cellas ingrediendi licentia concedať. Cum vero in extremis la-
borauerint: extreme vnctionis oleū ⁊ sacratissimū Christi corpus ꝓ
viatico ministrandū maioris manibus cum solēni eremitaꝝ proces-
sione ad reclusum fratrem deferantur: quo tēpore omnib⁹ cellam in
gredi permissum est. Collatis vero sacramentis processionaliter ad
ecclesiam oēs reuertantur. In die quoq3 obitus cū quis in cella sue
reclusionis obierit: omnibus cellā suā ingredi liceat. Que quidem
etiam de apertis pari modo dicta esse intelligantur. In die purifica
tionis candelas benedictas (si opus sit in laterna) accensas: in die ci
neris cineres in capite ponēdos: in dn̄ica palmaꝝ ramos oliuaꝝ cū
palmis reclusis singulis maior aut sacrista seu ali⁹ sacerdos cui ma
ior iniunxerit summa cū deuotione deferat. Quinta feria maioris
hebdomade in cena domini ⁊ duobus sequentibus diebus: qm̃ vna
sola celebrari missa debet: ipsos autem tam solennibus ⁊ celebratis-
simis diebus sine missa esse nō ꝯcet: ideo de cellis exeuntes ad ec-
clesiā hora tertiaꝝ. i. ante capſum ⁊ missa3 audito signo cum silentio
veniant: illisq3 in choro locus supra oēs alios eremitas ꝯcedendus
est: etiā si pauciores professionis annos q̃ aperti haberent eremite:
Nunq̃ tū illis (sicut neq3 alijs) permittatur in superioribus sedib⁹
que ꝯtra altare respiciunt quas prelatoꝝ sedes solent appellare: per
manere. Ipsi vero inter se reclusi nō reclusionis sed professionis or-
dinē sequantur: quem ꝯuersi quoq3 reclusi inter reliquos cōuersos ⁊
inter se per omnia obseruent. In choro igitur illis diebus cū ceteris
fratribus eremitis tertiaꝝ officium persoluant: missaꝝ celebrationi-
bus intersint: ⁊ feria quinta sacratissimum Christi corpus cū alijs si
mul ordinate suscipiant: atq3 ea die in memoriā dominice cene cum
apertis fratribus eremitis cōi mensa reficere teneantur: eade3 loca
que in choro habuerint in mēsa habituri. Eadē die generali ꝯcessio-
ni ⁊ lotioni pedum in caplo intersint: vt ⁊ ipsi cu3 ceteris fratribus ⁊
interi⁹ ⁊ exteri⁹ maioris ministerio mūdentur: sed ea die propter hu

huiusmodi occupationes plusq̃ dimidium psalterij persoluere aptorũ more nõ teneantur. Quia vero sepe ɔtingit vt alia alijs diuersimode magis ɔuenire videantur: ideo per generale ordinis capl'um atq; sedis apostolice sanctiõe decretũ est: vt clausi eremite (prout sibi quisq; magis ɔgruere existimabit) cũ capituli eremitarũ licẽtia possint aliquid eorũ ad que vltra cõem vitã pro reclusionis institutione tenent: siue circa psalmodiaʒ siue circa pedũ nuditatẽ aut circa alia huiusmodi in aliquod aliud equiualens aut maius permutare. Maiori de reclusis amplior q̃ de apertis debet esse solicitudo: vt tam in spiritualibus q̃ in temporalibus cũ summo studio ꝛ diligentia ac charitate illis inseruiatur. Quñ aperti cõi mẽsa reficiunt: portiuncule rerũ oium que apertis dantur ad reclusos deferãntur: ne aliqñ per obliuionem negligantur. In fructuũ vero distributione aliquid ampli' reclusis q̃ apertis indulgeatur. Indumenta etiam pro qualitate et etate illis necessaria vt hẽant semp maiori debet esse memorie. Sed ꝛ ligna ad igneʒ nutriendũ illis plura q̃ apertis fratribus (vt suo loco dictum est) debent ministrari: ꝛ in cellaʒ intra lignarium deferri: nisi reclusus per seipsuʒ inferre maluerit. Cera quoq; ꝛ hostie (q̃tũ illis opus est) a sacrista cũ solicitudine ministrentur: ꝛ demũ siue petierint siue nõ petierint: quicquid illis necessariũ aut oportunum esse intelligi poterit: summo studio ꝛ charitate illis sine mora ministret: ne per defectum tẽporalium rerũ spiritualia eorũ exercitia atq; diuinarũ rerũ ɔtemplatio quib' maxime vacant: vllã patiantur perturbationẽ aut aliquod impedimentũ. Tintinabulũ extra celle hostiũ vel ad fenestrã habeant: quod cum aliquo indigent pulsare possint: ꝛ quicunq; tale signũ audierit: possit solicite ad eos accedere: ꝛ quo egeãt perquirere: vlteriorem nõ trahẽdo sermonẽ: sicq; eorũ intellecta spirituali vel corporali indigentia eã maiori denunciare: vt celeriter illis puideat possit. Eorũ ortuli si min' eos ipsi aut poterint aut scierint aut etiã voluerint excolere: tẽpore oportuno p aliquẽ aliuʒ aut monachum aut ɔuersum cõmissumue aut etiã secularẽ de maioris iussiõe excolantur: vt solatia herbarũ habere possint. Alio aũt tempore nemo preter coquũ eorũ ortulos nisi de maioris licentia ingrediat: vt liberius p ortũ spatiari possint: nec propterea ab aliquo videantur.

¶ De reclusis nõ sacerdotib': quõ missas audire ꝛ sacram cõmunionem suscipere debeant. Cap. lv.

NE a reclusionis proposito propter necessarium ecclesie pręce
ptū:quo sancitū est:vt dieb⁹ dñicis alijsq3 celebritatib⁹ qsq3 fi
delis missaꝝ celebrationi intersit:ꝛ semel saltem in anno cōionis sa
cramentum suscipiat:eremite siue monachi sint ad sacerdotium nō
promoti:siue oio ꝯuersi qui promoueri nō solent:arceantur:qūo pos
sint qui tales sunt:cū reclusio illis ꝯcessa est:missas audire ꝛ sacram
cōmunionē suscipe:varijs tēporib⁹ varia forma prouisuꝫ est. In an
tiquis enim Gherardi prioris ꝯstitutionibus dictum est: ꝙ omnib⁹
diebus dñicis in cena dñi ꝛ in festo oium sanctoꝝ reclusi nō sacerdo
tes in suis cellulis mane post primā a secūdo hebdomadario q pul
satione campane preuia cū socio ꝛ lumine ꝛ penitēnalibus psalmis
ad singulos coꝝ Christi corpus deferat:sacrā cōmunionē premissa
ꝯfessione lotisq3 manibus ꝛ ore ad fenestrā genibus flexis suscipiāt.
De missa aūt ab eis audienda nihil vsq3 ad ea tempora legitur in
stitutū. In recentioribus vero ꝯstitutionibus quas reuerendus val
de vir Octauianus sancte romane ecclie Cardinalis tūc tēporis ca
maldulensis ordinis protector edidit: scriptū est: vt clausis eremitis
(quod tā de sacerdotibus ꝙ de nō sacerdotibus dictum videtur) li
ceat quolibet die dñico (si voluerint) summo mane ad ecclīam ꝯue
nire:ꝛ priuate misse celebrationi interesse:ibiq3 corpus Christi sume
re possint:silentio tñ semp dū vadunt ꝛ redeunt more solito diligēter
obseruato. Nouissime aūt per generale ordinis capitulum ꝛ p aplica
priuilegia q̄ non fuisse improbata supius dictum est: ꝛ noua quedā
forma instituta videtur. Sic enim in capituli decretis ꝛ in sedis apo
stolice priuilegio habet. Clausis eremitis siue monachis siue ꝯuer
sis nō valentib⁹ missas celebrare ꝯcedimus:vt possint plures simul
(idest de propinquo) in cellis nihilominus separatis habitare: ꝛ a
simil'r recluso cū illis (idest prope illos) habitāte missas audire (sup
ple ꝛ celebranti inseruire) aut si etiā multum distantes habitauerint
ad alium reclusum seu ad ecclīaꝫ ad audiendas missas (adde ꝛ ad
cōionē sumendā) accedere:ꝛ statiꝫ cū silentio ad cellas suas remeare.
ꝙ si alterius clausi huiusmodi cōmoditas defuerit: volum⁹ vt ō ap
toꝝ (scilicet eremitaꝝ) numero aliquis ad reclusum qui celebrare nō
pōt accedere quotidie teneatur:ꝛ in cellula eiusdem missam celebra
re:sacratissimūq3 Christi corpus eidē recluso quoties voluerit mini
strare. Hec igit sunt circa reclusoꝝ nō sacerdotū audiendaꝝ missaꝝ

ꝛ suscipiende cõmunionis institutionẽ obseruanda: vt vel ad aliũ reclusum sacerdotẽ accedant: a quo dum illi celebranti inseruiunt missas audiant: ꝛ cõmunionẽ sacrã recipiant: vel ad ecclesiam summo mane cũ silentij inuiolabili censura proficiscanꝫ missas audituri ꝛ cõmunionẽ suscepturi: vl̃ p alios sacerdotes q quotidie ad cellulas eoꝝ accedant: ꝛ in eis celebrent: missaꝝ celebrationibꝰ intersint: ꝛ xp̃i corpus suscipiant. Deferri aũt ad eos sacratissimũ Christi corpꝰ (vt ex antiquis ꝯstitutionibus fuisse factũ elicitur) nisi qñ pro viatico decedenti traditur: nõ satis approbandũ est: tũ videlicet propter tanti sacramenti reuerentiam: tũ etiã maxime qm̃ ꝛ si precepto ecclesie ꝺ cõmunione sumenda satisfacerent: precepto tñ magis necessario ꝺ missa audienda nõ esset satisfactum. Eo vͦ tempore nõ adbuc fuisse tale in ecclesia preceptum ex his datur intelligi: nunc aũt propter ecclesie preceptũ nõ solum de cõmunione sumenda: sꝫ etiã de missa audienda: de vtroqꝫ illis prouidendũ est: quod per ea que dicta sunt tribus fieri posse modis ꝯstat. Si tñ nõ pauci numero fuerint in eremo sacerdotes: ita vt non impedito debito ecclesie obsequio fieri possit: laudabilior institutio erit: si illud obseruabitur: vt ex apertis aliquis sacerdos in celebratione missaꝝ ꝛ in sacre cõmunionis exhibitione recluso fratri qui sacerdos nõ sit: cũ charitate de maioris speciali licentia deseruiat atqꝫ ministret: orõnum ꝛ oĩum bonoꝝ opeꝝ eius futurus particeps: sicut etiã reclusis sacerdotibus aperti qui sacerdotes nõ sunt monachi vel ꝯuersi in celebratione missaꝝ obsequiũ quo necessario indigent alacri charitate impendunt. In quinta vͦ feria in cena dñi ꝛ in duobus sequentibus diebus etiã nõ sacerdotes eremite ad ecclesiã debent ꝯuenire: ꝛ ibidẽ missam audire ꝛ sacrã communionẽ suscipere: generali ꝯfessioni ꝛ lotioni pedũ interesse: sup̃ oẽs q nõ sint sacerdotes si monachi fuerint aut supra oẽs ꝯuersos si fuerint ꝯuersi in eccl̃ia ꝛ in refectorio (in quo ꝯuenire cũ reliquis in die cene dñi tenentur) locũ habituri. In ꝯfessionibus vero ꝛ in reliquis oĩbus reclusionis institutis ea precise faciant que illi faciunt qui sunt sacerdotes. Si monachi sint diuinũ officium (vt suo loco dictũ est) persoluant. Si aũt ꝯuersi: qui ad diuinũ celebrandum officiũ nõ tenentur: vltra ea que dicere qñ aperti erant tenebantur: ꝑ speciali reclusionis debito vel psalterium totũ legant: vel cũ dimidio psalterij officium virginis cõpetentibus horis dicant: si hoc cõmode implere

scriptis mādari possunt) minus nouerit: ideo de numero eremitarū (si fieri poterit) sacerdotū: qui magis ad hec idonei fuerint iudicati duo deputenť obseruātie ꝯstitutionū studiosi: q̄ humilitate ⁊ subiectione erga maiorē integre obseruata ꝺ ꝯstitutionū haꝝ obseruantia soliciti sint: maiori suggerāt que obseruanda sunt: fratres priuate ad earum obseruātiā cum charitate moneāt ⁊ hortētur: in cap̄lo cū maioris benedictiōe q̄ pro obseruatione hm̄oi oportuna existimauerint proponāt: vt qđ pluribus videbitur diffiniať. Quoꝝ duoꝝ ꝯscientie vna cum maiore obseruātie hm̄oi onus incumbat. Ut aūt perfecti⁹ oēs has ꝯstitutiones obseruare possint: sicut antiqua valde religiōis institutione illis qui profitētur silentiū tādiu imponiť: ꝙdiu ter totū plegerint psalterium: ita oībus qui in eremo religionis huius habitū suscipiūt: aut nouiter in numero recipiūť eremitaꝝ silētiū ita seruare studeāt: vt infra paucoꝝ dieꝝ spatiū (ꝙ citi⁹.s. fieri poterit) has oēs legāt ꝯstitutiōes: si tales sint vt eas legere ⁊ intelligere facile possint. Illis vō q nō adeo capaces sunt a suo magistro saltem potiora ⁊ capita reꝝ declarētur. Nouerint quoq; eremite vniuersi ꝙplurima q̄ in his ꝯstitutionib⁹ sunt inserta in cap̄lo generali fuisse decreta: que postmodū p pōtificē maximū approbata ⁊ ꝯfirmata fuere. Omnia aūt illius capli decreta ac statuta inuiolabiliter obseruari debere in virtute sancte obediētie definitū est. Quod tū intelligi debet: sicut in cap̄lo classensi a patribus diffinitoribus ap̄lica autoritate suffultis declaratū est: ita.s. vt intelligať per ea v̄ba poti⁹ obseruātibus meritum sancte obediētie ꝯcedi: ꝙ preuaricātibus (nisi ex ꝯtēptu fiat) culpā peccati mortalis infligi. Uniuersaliter.n. (vt in eodē ap̄lico priuilegio legitur) nulla oīo istaꝝ ꝯstitutionum ad culpam obligat: sed tm̄ ad penā. Pena aūt q̄ ⁊ qualis p̄uaricātib⁹ (vt in multis fieri solet) iniūgēda sit: ꝯsulto p singulas ꝯstitutiōes non est apposita: ante oīa q: perfecti (quales esse debent eremite) nō timore pene s; amore iustitie ad mandatoꝝ ⁊ institutionū obseruātiā prouocantur: oderūt enim (vt ait ethnicus ille) peccare mali formidine pene: oderūt peccare boni virtutis amore: ⁊ incipientib⁹ potius pene debentur: ꝙ his qui perfectionis statum profitētur: sicut.n. pfecte deū diligētes mandata eius nō ideo obseruāt q: obseruationē mādatoꝝ aliqua sequať retributio: s; q: ipsa poti⁹ mādatoꝝ obseruatio plena ab eis merces ⁊ retributio iudicatur: nam (vt propheta ait) in custodiendis illis re-

tributio multa:ita eas quas quisq3 volūtarie spōteq3 ppria suscipit custodiēdas institutiōes preuaricare ēt si alia nō sequatur pena ipsa preuaricatio puris mētibus valde maior pena est q̄ que possit vlla per cōstitutiones decerni. Qm̄ tn̄ in omni pfectionis statu imperfecti aliqui sunt:z non oēs capiūt q̄ grauis sit pena ipsa preuaricatio q̄q3 horribilis ipsa trāsgressiōis deformitas: ideo q̄ pene infligende sunt preuaricātib⁹:in arbitrio potius prioris seu maioris relinquendū est q̄ per scriptas cōstitutiōes tradēdū. Quippe qm̄ pōt ipse maior non solum delicti z transgressionis qualitatē quā solam cōstitutiōes expri mere possunt:s3 z varias eius circūstātias cōsiderare: delinquētis.s. personam:tempus:modum:intentionem:z si per ignorātiā aut p ma litiam:si frequenter aut raro quis delinquat attendere:z secūdū has circunstātias q̄ vnicuiq3 debeatur pena poterit equius iudicare. Cō suetudinem tn̄ cremi in delinquētium penis nūq̄ debet paruifacere sed eas (quāto magis fieri pōt) diligēter custodire. Est aūt in eremo cōsuetudo (vt ex multis pauca recēseātur: ex quibus cetera possint iu dicari) q̄ siquis nocturnis vigilijs sua culpa ac negligētia nō inter fuerit:vltra ordinariam abstinentiam vna die in pane z aqua ieiu net: si ad primam nō accesserit pulmētū nō habeat:si sub diuo silen tium fregerit: z maior illum arguerit:vtq3 statutā faciat penitentia3 indixerit: pro qualibet vice septem psalmos penitētiales dicat: si qs silentij tempore:z precipue ante primam vel post completorium aut meridiane dormitionis hora ad alicuius fratris cellā accesserit: aut eisdem temporibus nō casu aliquo sed spōtanea manuū operatione in cella aut extra cellam strepitum sonitumue aliquem excitauerit: absq3 hoc q̄ a maiore arguat aut penitentia illi iponatur:sub ppria cōscientie obligatione septem psalmos penitentiales cum letanijs fle xis genibus pro qualibet vice dicere tenetur. Quam quidem pena3 illi quoq3 incurrūt qui eisdem horis ad cellas accedētib⁹ aures pre stiterint:aut cū eis sermone3 habuerint:eo tn̄ moderamine:vt si fra ter in cella sua residens cum illis qui vel corporalis refectionis ali moniam deferūt vel propter aliquod huiuscemodi cōmune aut ne cessarium ministeriū ad cellā eius accesserint silentiū (vt par esset) non seruauerit:ad eam penitentiā nō teneatur:nisi maior illū argue rit:z vt statutam penitentiam faciat illi iniūxerit. Siquis insup sine licentia z sine sigillo ad reclusum aliquē fratrē accesserit allocut⁹ue

Romualdus antē post patris correptionē in palude classis cel lam figens in loco q pōs Petri dicitur habitauit. Postmodum vero nō corporis egritudinem metuens: non fetoris nauseam perhorrescens: sed ne imbecillitatis occasione quantūlibet se ab abstinentie rigore remitteret ad classis itidem predium vbi est ecclesia beati Martini que dicitur in sylua migrauit. Ibi vero quadam die dum cōpletoriū caneret: quia antiquū illic cimiterium fuerat: vt sepe fit subito ex huiusmodi recogitatio incidit: moxq3 eius animū magnus phantastice illusionis horror inuasit. Cunq3 hoc crebri⁹ in mēte reuolueret ecce maligni spiritus repentino impetu cellam eius ingressi protinus illum in terram sternunt immani eum cede cōficiūt: et exaustis longo ieiunio mēbris dirissimos ictus illidunt. Tandem Romualdus inter ipsa percussionū verbera respectu diuine gratie visitatus in hanc vocem erupit. Chare Iesu: dilecte Iesu: quare me dereliquisti. Nunquid omnino me in manibus inimicorum tradidisti. Ad hec omnes iniqui spiritus diuina virtute fugati sunt. Et ꝯtinuo tanta diuini amoris cōpunctio Romualdi pectus accendit: vt totū cor eius in lacrymis quasi cera liquesceret: et de tot allisionib⁹ sauciati corporis nihil sentiret: mox sanus Romualdus de terra surrexit: et licet impediente adhuc sanguine ad eundē versum psalmi quē reliquerat rediit. In ingressu quippe demonum fenestra cellule in frontē illius cecidit: in qua manifesta postmodum cicatrix occalluit: que euidens vulneris indicium quādiu vir sanctus vixit ostendit.

¶ De iniqs spiritib⁹: q sibi velut dire volucres apparebāt. C. xvij.

Iam igitur miles Christi assueto bello robustior: studebat quotidie ad maiora proficere de viribus in vires crescere: et semp semetipso fortior: nullas iam poterat eneruati hostis insidias formidare. Sepe enim sibi in cella residenti velut teterrimi corui: vel vultures iniqui spiritus videbantur assistere: et quasi ad custoditum animalis cadauer: quia non audebant accedere cogebantur eminus spectare. Sepe se in figuris ethiopum: sepe se per diuersorum animalium species ostendebāt. Quibus clarus Christi triumphator insultabat dicens. Ecce paratus sum. Venite et siqua in vobis sit virtus ostendite. Nunquid iam omnino defecistis: nūquid iam uicti estis: et aliquas contra dei seruulū certandi machinas non habetis: His

deniq3 z huiusmodi verbis confundens iniquos spiritus: confestim eos velut missis totidem iaculis effugabat. Uidens ergo diabolus: quia per semetipsum contra dei famulum preualere non posset: ad callida argumenta conuersus: quocunq3 vir sanctus ibat: discipulorũ eius animos aduersus eum in malitiã excitabat. Ut quia retetari eum ab accenso sui feruoris impetu impossibile erat: saltẽ ab aliene salutis cura conpesceret. Et quia ipse ab hoste superari minime posset ex alijs victoriam non negaret.

De monachis Romualdũ verberãtibus diuina ira percussis. Cap. xviij.

Aliquando nãq3 ad locum qui balneũ dicitur: qui videlicet in sarcenati ꝯstitutus est territorio transiit: vbi ẽt non paruo tẽpore cõmorans: monasterium ad beati Arcangeli Michaelis honorem construxit: a quo non longe cellã habitaturus intrauit. Illuc ãt Ugo marchio septẽ sibi ꝓ necessitate nũmismatum transmisit libras: quas ille vt bñ prodigus misericorditer dispẽsaret accepit. Audito itaq3 ꝙ monasteriũ palatioli fuisset igne cõsumptũ lx. solidos de predicta pecunia ad adiutorium direxit: reliqua aũt vt in simile opus expenderet reseruauit. Cognito hoc monachi sancti Michaelis beluino aduersus eum furore cõmoti sunt: tum qa prauis coꝝ moribus contrarius iam in multis extiterat: tum quia q̃ illi deferebantur: nõ eis omnia: sed quedã alijs impendebat. Facta igiẽ ꝯspiratione vnanimiter cellã eius cũ fudibus z falangis irrũpũt: verberibus eum afficiunt. direptis oĩbus turpiter dehonestatu3 de finibus suis expellũt. Cũ itaq3 sic eliminatꝰ abiret z nimia tristitie vis in mentis eius interiora descenderet: hoc apud semetipsum deliberat: vt iam de cetero sua contẽtus: alienẽ salutis curã oĩo postponat. Postea quã vꝫ deliberationẽ tãtus aliu3 eiꝰ terror inuasit: vt si in eo qđ mẽte ꝯcepat obstinate ꝑsisteret pituꝝ se dãnandũq3 diuino iudicio nullatenꝰ dubitaret. Monachi ãt cõpotes diu ꝺsiderate vltiõis effecti: z quasi ꝓiecto graui onere leuigati: hoc qđ in dei famulũ ẽgerãt multis iter se laudibꝰ efferũt: z i[n] imoderatũ se ludũ: atq3 cachinnũ letitia lenocinãte resoluũt. Deinde ẽt vt tanti gaudij solẽnitatem quodãmodo iocundissimã faciant sumptuosas delitiaꝝ copias sibi ad ꝯuiuiũ parãt. Erãt vero hyems tunc q̃ non solũ vicissitudini tẽpoꝝ: sed frigidis quoq3 coꝝ mentibus aptissime ꝯgruebat. Unꝰ aũt ex eis qui in beatissimũ xp̃i militẽ seuior fuerat mel acquirere vnde

mulsum e plantibus faceret satagebat. Cumqз sapin fluuiū hoc stu dio transmearet offendentibus in plantas pedibus subito deicit̄ ꝛ fluuiali voragine funditus absorbēte raptus extinguitur. Justo dei videlicet iudicio: vt turbida illū aqua satiaret ad mortē: quia ī eo q̄d deflere debuerat mellis dulcedinē ad vite concupierat voluptatem. Nocte vero dum omnes ex more quiescerent descendente crebra ni uium multitudine repente omnis edificij super eos fabrica corruit: ꝛ alteri caput: alij brachia: alij crura: vel quelibet alia membra con triuit. Uni etiam eoꝝ oculus euulsus est. Et merito diuisionem cor porce lucis pertulit: qui diuisus a proximo etiam si alterum haberet gemine charitatis vnum lumen amisit.

¶ De iussione sancti Apolenaris ad Romualdum. Cap. xix.

Aliquando autem vir sanctus non lōge mansit a catria. Cūqз ibi aliquandiu moraretur: manifeste sibi beatus Apolenaris apparuit: ꝛ quatenus ad suuз monasteriū pergeret ibiqз potius ha bitaret: ex magna auctoritate precepit. Quod vir sanctus nequaꝗ̄ negligendum ducens: locum in quo morabat̄ sine cunctatione dese ruit: ꝛ quo missus fuerat impiger festinauit.

¶ De habitatione eius in origario. Cap. xx.

Inclusus est etiam quodam tempore vir venerabilis in palu de cōmiadensi: que dicitur origarium. Unde postmodum pre nimio palustris ceni fetore: ꝛ corrupto aere: ita totus tumefactus: ꝛ depilatus exijt: vt nequaꝗ̄ eadem que inclusa fuerat species videre tur. Nam ꝛ caro eius ita tenuis erat: ꝛ viridis: vt vir stellioni dis color appareret.

¶ De cella incensa: ꝛ per oratianem extincta. Cap. xxi.

Alio quoqз tēpore in palude que percuз dicitur habitauit: q̄ vi delicet palus a Rauēna. xij. fere miliaribus distat. Ibi vero duз in cella cuз quodā venerabili viro suo nimiꝝ discipulo Guillel mo noīe moraret̄: angusti parietes habitaculi repente flāma corri puit. deinde ad alta cōscendēs dōari p tecta liberis iā viribus cepit. Protinus vir sanctus ad solite defensionis argumenta ꝯfugiēs nō que erant reposita foras extrahere: nō vt mos est tecti scindulas dis sipare. nō aquaꝝ abundantiam spargere: non vllis impulsus est ad extinguendos ignes nisibus anhelare: sed solūmodo oratiōnē fudit: ꝛ ꝯfestim stridentes ignium globos diuina virtus extinxit.

¶ De rege

¶ De rege hospite Romualdi: et qui abbatiam suscepit. Cap. xxij.

Eodem vero tempore iunior Otto imperator classensem abbatiam ordinare desiderans: optionē fratribus dedit: vt quē ipsi vellent indubitanter eligerent. At illi continuo vnanimiter expetunt Romualdū. Imperator aūt diffidens beatum vix ad regiam aulam euocari posse p nunciū: ire ad eū per semetipsum voluit: et ad cellā eius sole iā occidente puenit. Cui Romualdus: quia magnum hospitē in parua domo susceperat lectulū suū ad quiescēdū dare dignatus est. Coopertoriū tñ rex noluit: qz asperrimū iudicauit. Mane aūt facto rex eū secū ad palatiū duxit: tandēqz sibi instare vt abbatiā susciperet multis pcibus cepit. Qui cū reluctaretur: et regis petitioni assensum penitus denegaret: Rex aūt econtrario excōicationē et anathema ab oībus epis: et toto sinodali ꝯcilio minaretur: tandē imminenti necessitate succubuit: et aiarum regimen coactus accepit. Referebant tñ hoc sibi nequaq̄ videri nouū: sed ante quinquēniuz sibi fuisse diuinitus reuelatū. Regebat itaqz monachos sub districte regule disciplina: neqz alicui ab ea declinare impune licebat. Nō deniqz nobilis non litteris erudit⁹: peractus illicitos in dextraz leuāqz partē deflectere: vel a recte ꝯuersationis audebat tramite deuiare. Uir deniqz sanctus cordis oculos in celum figens: vt deo in oīb⁹ obtemperaret nō timebat hoībus displicere. Hoc aūt subiecti fratres sero ꝯsiderantes: semetipsos prius accusant: qz hunc sibi preesse poposcerant. Deinde multis cum detractionum susurrationibus lacerant: et duris scandalorum aculeis vexant.

¶ De abbatia dimissa: et pace iter regem et tiburtes facta. Cap. xxiij.

Romualdus itaqz videns et suam perfectionem aliquatenus minui: et illorum mores procliuius in deteriora conuerti: regez impiger adijt: et eo non leuiter reluctante: vna cum episcopo Rauennati in vtriusqz conspectu virgam proiecit et monasterium dimisit. Porro aūt rex tyburtinam ciuitatē tunc obsidebat. Ciues enim in clytuz eius ducez Masolinum nomine interfecerant: ipsum quoqz regē correptis armis de suis menibus exturbarūt. Unde nō dubiū est beatum Romualdum ex diuina prouidentia missum: qui imminens tot animarum periculuz sequestra pace deleuit. Hoc eteniz inter eos pactus est: vt Tyburtes ad honorē regis muros pariter dirue-

rent:obsides darent:ducis vero interfectores ad eius matrem cate natos dirigerent. Que sancti viri fusis ad deū pcibus mitigata cru deliter offensa z crimen indulsit:z incolumes ad ppa redire pmisit.

De sancto Uenerio. Cap. xxiiij.

Erit quoqz venerabilis vir apud tybur alium boni opis fru ctum:quem silentio ptereundum esse non arbitror. Quidaz nanqz beatus vir Uenerius nomine habitare primitus in monaste rio cepit cum tanta humilitate z simplicitate:vt illum fratres subsa nando despicerent:z deliz eum atqz dementem esse putarent. Alij nanqz illum sepe colaphizare:alij sordida qua lebetes lauabantur aqua perfundere:alij diuersis illum solebant conuitioz iurgijs lace rare. Cūqz ille ppenderet:inter tot aduersa trāquillū statum sui mē tis seruare non posse:zfortium deserens:in solitudinē fugiens prope rauit. Ubi per sex annos absqz vino oiqz pulmento:sub nimie distri ctionis ariditate permansit. Hunc itaqz Romualdus audita ei9 fa ma visitare curauit. Quem interrogans sub cuius regimine dege ret:cuiusue arbitrio sue zuersationis obedientiam exhiberet:respō dit se alieno solutum imperio:hoc sequi quod sibi vtilius videretur. Cui Romuald9 ait. Si crucē Christi portas:superest vt Christi obe dientiā nō relinquas. Uade igitur z zsensu a proprio abbate susce pto reuertere: z sub eius dominio humiliter viue: quatenus sacri operis edificiū qd bona volūtas edificat humilitas erigat:obedien tie virtus extollat. Hec z multa alia edificationis monita proferēs. docuit eum qualiter cogitationibus suis resisteret:qualiter posset ini quoz spirituum infestationibus repugnare:z ita confirmatum:z in structum in multa eum alacritate reliquit. Ille igitur sancti viri do cumenta gratanter impleuit:Abbatem suum protinus adijt:consen sum accepit:z ad dilectam solitudinem quantocius remeauit. Uo lens autem in possessionē sui monasterij habitare:ascendit in quod dam saxum nullis hominum vestigijs peruium:z ab humana peni tus conuersatione remotum. Ibiqz quattuor annos omni humano solatio destitutus singulariter habitans:exceptis tribus buccellis: quas de monasterio secum detulerat:non panem comedit: nō vinū bibit:non coctum aliquid omnino gustauit: sed solis arborū pomis. z herbarum radicibus vixit. Erat autem in eodem saxo quedam z cauitas:vbi colligebatur aqua hyeme ex qua vir sanctus tota viue

bat etate.Tandem vero cognito q ibi seruus dei moraretur:ceperunt ad eum multi confluere:ciborum alimenta deferre:et queqz sibi quasi necessaria ministrare. Quorum ille nullius indigens cuncta pastoribus pecorum: et alijs indigentibus exhibebat. Exhortante autem loci episcopo basilicaz ibi fieri et consecrari permisit: in qua ipse aliquanto post tempore defunctus est: et a quibusdam eū querentibus inuentus est acclinis ante altare:quasi causa orationis in cubitis et genibus iacens. Ubi nonnulla per eum dominus miraculorū signa operari dignatus est. Sic deniqz sic bona terra vberes fruct⁹ reddidit:q̄ verbi semē ex ore Romualdi multiplicatura suscepit.

¶ De Tamo et religione regis Ottonis. Cap. xxv.

Apud prefatam vrbem conuertit beatissimus vir Romualdus Tamum nomine quēdam teutonicum: qui sicut dicitur in tantū regi familiaris:et carus extiterat: vt vtriusqz vestes vtrūqz contegerent:et amborum vna parapsis cōmuni sepe conuiuio sociaret.Crescentius nanqz senator Romanus indignationem regis incurrens in castello qui dicitur sancti angeli confugium petijt: et quia munitio inexpugnabis est:obsidente rege ad defendendum se fiducialiter preparauit. Cui Tamus ex precepto regis iusiurandum securitatis prestitit:et ita ille deceptus:annitente Papa qui sibi inimicus erat:quasi reus maiestatis capitalem sententiam subijt. Cuius vxorem postea imperator in concubinam accepit.Quia igitur Tamus et fraudis cōscius et periurio tenebatur obnoxius:idcirco a beato Romualdo iussus est relinquere seculum.Qui mox a rege licentiam expetens non modo facilem repperit:sed nimis etiam alacrem fecit.Erat enim predictus Tamus monastico ordini valde beniuolus:et nimia circa dei famulos affectione deuotus.Ipse etiam Rex ex eodē crimine beato viro confessus:penitentie causa nudis pedib⁹ de Romana vrbe progrediens:sic vsqz garganum montem ad sancti Michaelis perrexit ecclesiam ac per totam quadragesimā in classensi monasterio beati Apolenaris paucis sibi adherentibus mansit.Ubi ieiunio et psalmodie prout valebat intentus: cilicio ad carnem indutus:aurata desuper purpura tegebatur. Lecto etiā sulgētibus palijs strato:ipse infestoria de papiris compacta tenera delicati corporis membra terebat. Promisit itaqz beato Romualdo:q imperium relinquens monachicum susciperet habitum: et cui

innumeri mortales erant obnoxij: iam ipse paupereulo Christi subiectus cepit esse debitor sui.

Quod Romualdus apud cassinum egrotauit: deinde a percum venit. Cap. xxvj.

Romualdus igitur cum eo quem prediximus Tamo et cũ Bonifacio viro clarissimo quem nunc felicissimum martyrem se habere russiana gloriatur ecclesia et cum alijs conuersis teutonibus a Tyburis oppido ad monasterium sancti Benedicti qđ in cassino cõstitutum est monte deuenit. Ibi nempe grauiter infirmatus est sed cito ex diuina miseratione conualuit. Habebat aũt equum satis egregium: quem sibi Busclaui sclauonici regis filius factus ab eo monachus dederat. Hunc vir sanctus humilitatis studio cõmutauit: et lucroso cõcambio asinũ laudabilis negociator accepit. Nimio qppe Redemptoris nostri desiderio qui aselli tergo consederat vir venerabilis hoc ipsum animal libentius equitabat. Cum his igitur oĩbus superius nominatis Romualdus ad percum: vbi dudum habitauerat rediit. Ibi deniqꝫ his et alijs multis fratribus aggregatis: et per cellas singulas constitutis tanto feruore eremitice conuersationis rigorem: et in se et in alijs tenuit: vt illorum vita omnibus ad quos fama illorum peruenire poterat mirabilis haberetur. Quis enim non obstupesceret: quis non immutationem diuine dextere predicaret. cum vidisset prius homines sericis immo deauratis vestibus indutos: crebris obsequentium cuneis obstipatos: omnium deliciarum affluentijs assuetos: nunc eos cerneret vno birro contentos: inclusos: discalciatos: incultos: et tanta abstinentie ariditate contritos? Faciebant aũt opera manuũ: alij. s. coclearia: alij nebant: alij retia nectebant: alij cilicia.

De Bonifacio martyre. Cap. xxvij.

Quorum tamen omnium vitã beati Bonifacij conuersatio longius transcendebat. Hic deniqꝫ regi fuerat consanguineus: et ita carus: vt rex illum non alio vocaret nomine: nisi anima mea. Erat ãt apprime liberalium artium doctrinis instructus maximeqꝫ in modulationis musice studijs approbatus. Hic itaqꝫ cum in cappella regia moraretur: videns ecclesiã antiqui martyris Bonifacij: mox exẽplo sui equoci ad martyrij desideriũ puocatus ait. Et ego Bonifacius vocor: cur ergo etiã ipse Christi martyr esse nõ debeo? Deinde quoqꝫ iã monachus factus tante se abstinẽtie frugalitate constrinxit:

vt sepe dominicis diebus: et quinta tantum feria per ebdomadam manducaret. Non linquam si vrticarum vel etiam vepzium cerneret densitatem: illuc se proiciens volutabat. Ex quo cum quidam frater aliquando eum corriperet dicens: Hypocrita quare hoc ad captandos populares aure rumores corã omnibus facis? Nihil aliud respondit. Tui sint confessores mei sint Martyres. Cum vero post diuturnam eremitice conuersationis vitam ad predicandũ ire disponeret: Romam prius pergere studuit: et ab apostolica sede cõsecrationem accepit archiepiscopatus. Rettulit mihi senex quidam monachus: qui eum comitatus de Rauenne finibus fuerat: quia in toto illo itinere vir venerabilis cum omnibus quidem qui eum sequabãtur pedester ibat: sed ipse iugiter psallens: et ceteros longe precedens nudis semper pedibus incedebat. Pro labore quidem itineris quotidie comedebat: sed per singulos dies de medio pane et aquã viuebat: in diebus festis ignoto videlicet omni liquamine: quotidiano victui poma quelibet: vel herbarum radices addebat. Postq̃ aũt consecratus est: quotidie obseruabat et monasticum pariter: et Canonicum ordinem in celebrandis horarum officijs. Cum vero iam vltramontanos peteret fines: equo quidem vehebatur: sed venerabilis Pontifex: sicut dicitur nudis cruribus semper et plantis adeo intollerabilem frigidissime regionis tollerabat algorem: vt volẽs descendere vix pedẽ a subherente ferro disiungeret: nisi aqua prius calida subueniret. Ad gentiles autem postremo perueniẽs: cum tanta cepit feruidi pectoris constantia predicare: vt iam nullus ambigeret: quin vir sanctus martyrium flagitaret. Illi vero timentes ne sicut post martyrium beati Adalberti corruscantibus miraculorum signis scauonice gentis pleriq3 cõuersi sunt: ipsis quoq3 similiter eueniret: longo tempore a beato viro manus artificiosa malitia reprimunt: et cupidissimo mori: nolentes eum occidere: crudeliter parcunt. Cum q3 ad regem russorum vir venerabilis peruenisset: et constanti animo predicationi vehementer insisteret: videns eum rex squalidis vestimentis indutum: nudis pedibus incedentem: opinatus est: quia vir sanctus talia non religionis causa proferret: sed idcirco potius vt pecunias congregaret. Promisit ergo sibi quia si ab huiusmodi vanitate recederet: ipse paupertatem eius largissima diuitiarum liberalitate ditaret. Bonifacius itaq3 sine mora ad hospitium reuertitur:

preciosissimis pontificalibus ornamētis decēter induitur: ꝫ sic ad regis palatiū denuo presentat. Rex aūt videns eum tam decoris vestibus adornatū ait. Nunc scimus inquit: q᷑ te ad variam doctrinā nō paupertas: sed veritatis impulit ignorantia. Verūtamen si vis credi vera esse que asseris erigantur due excelse lignorum cataste breuissimo a se interstitio separate ꝫ igne supposito cum vaporate fuerint: ita vt vtrinsqꝫ struis vnus ignis esse videat: tu trāsi per mediū. Quod si lesus ex aliqua parte fueris: ipsis te penitus consumendū ignibus trademus. Sin aūt: qd̄ credi nō pōt: sanus euaseris omnes nos deo tuo absqꝫ vlla difficultate credemus. Cūqꝫ hoc fedus non solum Bonifacio: sꝫ ꝫ cunctis qui aderant gentilibus placuisset Bonifaci᷒ ita vestitus velut missaꝝ solemnia celebraturus: prius cū sanctificata aqua ꝫ incenso vndiqꝫ perlustrās ignes: deinde stridentes flāmaꝝ globos ingressus: ita exiuit illesus: vt nec minim᷒ capitis eius capillus videretur exustus. Tunc rex ꝫ ceteri qui huic spectaculo interfuerāt: catervatim se ad pedes beati viri proijciūt: indulgētiaꝫ lachrymabiliter petūt: baptizari se instantissima supplicatione deposcunt. Cepit itaqꝫ tāta gētiū multitudo ad baptismum confluere: vt vir sanctus ad spaciosum quēdam lacū pergeret: ꝫ in ipsa abūdātia aquaꝝ populū baptizaret. Decreuit aūt rex: vt regnū relinquēs filio ipse q̄diu viueret se a Bonifatio nullaten᷒ separaret. Frater aūt regis cū ipso pariter habitās duꝫ nollet credere: absente Bonifatio: ab ipso rege peremptus est. Alius vero frater qui iam a regis cohabitatione diuisus: mox vt ad eum vir venerabilis venit audire eius verba noluit: sed d̄ conuersione fratris nimia aduersus eum ira succensus Bonifaciū continuo cōprehēdit. Deinde timēs ne si viuum teneret: rex eum d̄ manibus eius eriperet: in sua p̄sentia circūstāte nō parua hominū multitudine decollari precepit. Statiꝫ vero ꝫ ipse cecatus est: ꝫ tantus eum cū omnibus qui adstabant stupor oppressit: vt nec loqui: nec sentire: nec aliqd humanitatis officiū agere aliquatenus potuissent: sed cūcti velut lapides rigidi ꝫ imobiles p̄manerēt. Rex aūt hoc audiēs nimio dolore perculsus omnino deliberat: non solum fratrem occidere. sꝫ ꝫ cunctos qui sibi tanti reatus fautores extiterant gladijs trucidare. Sed cū illuc ꝑrimus aduenisset ꝫ corpore martyris in medio adhuc posito fratrem simul cum reliquis omnibus sine sensu ꝫ motu stupefactos astare conspiceret

hoc sibi cũ omnibus suis placuit: vt prius pro eis oratio fieret si for sitan illis diuina misericordia sensum quem amiserant reformaret. Deinde si acquiescerẽt credere: indulto crimine viuerent. Sin aũt omnes vltoribus gladijs interirent. Cum igitur ⁊ ab ipso rege: ⁊ a ceteris christianis diutius fuisset oratum: non solum prior sensus ho minibus stupefactis redditur: sed insuper consilium quoq₃ flagi tande vere salutis augetur. Nam continuo penitentiam sui crimi nis flebiliter expetunt: baptismi gratiam cum magna alacritate su scipiũt. Super corpus quoq₃ beatissimi martyris ecclesiam con struunt. Veruntamen ego si de hoc mirabili viro cetera: que di dici ⁊ veraciter possunt referri tentarem: deficeret forsitan lingua non deficiente materia. Dum igitur Bonifatij virtus proprio indi geat stilo: idcirco tñ illum cum alijs Romualdi discipulis summo tenus hic memorare curauimus: vt ex eoꝝ laude: ꝙ magnus vir glo riosus magister eoꝝ fuerit demonstremus: Quatenus dũ celsitudo dicentium auribus fidelium insonat: ꝙ excelsius doctor fuerit eorum ex schola quam tenuit innotescat.

¶ De Joanne ⁊ Benedicto martyribus. Cap. xxviij.

Interea Romualdo in pereo adhuc habitante: Buslau⁹ rex preces imperatori direxit: vt sibi spirituales viros mitteret: qui gentem sui regni ad fidem vocarẽt. Mox Romualdus imperatorem aggreditur: ⁊ concedi sibi de suis monachis qui illuc destinari vtilr valeãt deprecaẽ. Ille võ nullis suoꝝ hoc precipere velut ex ꝑlatiõis auctoritate voluit: sed in eoꝝ voto ponens: siue manẽdi siue abeũdi omnibus optionem dedit. Jgnorabat enim ex tam metuendo nego cio voluntatẽ dei: ⁊ ideo nõ illud suo: sed fratrum pot⁹ arbitrio com mittebat. Interrogãte igiẽ eos reges ⁊ humilr obsecrãte tãdẽ duo solũmodo ex oĩbus inuenti sunt: qui se vltro ad eundũ ꝓmptos offer rẽt. Quoꝝ vn⁹ Joãnes alter Bñdict⁹ vocabaẽ. His itaq₃ ad Bu sclauuz eũtes in eremo pri⁹ eos substẽtãte rege manere ceperũt: ⁊ vt predicare postmodum possent: sclauonicam linguam laboriose di scere studuerunt. Septimo vero anno cum iam loquelam terre per fecte cognoscerẽt: vnum ad Romanam vrbem monachum mittũt: ⁊ per eum summe sedis antistis ꝑdicãdi licentiam petũt. Jniungunt ẽt: vt nuncius ille aliquos secũ de beati Romualdi fratrib⁹ duceret: qui eremitice conuersationis educti cum eis simul in sclauorum par

tibus habitarent. Busclauus autem volens coronam sui regni ex Romana autoritate suscipere: pdictos venerabiles viros cepit obnixa supplicatione deposcere: vt ipsi plurima eius dona pape deferrent: et coronam sibi a sede apostolica reportarēt. Qui regie petioni assensum penitus denegātes dixerūt. Nos in sacro ordine positi sumus: tractare nobis secularia negocia minime licet. Et ita relinquētes regem: ad cellam reuersi sunt. Quidam vero regis agnoscētes consilium: sed quid sancti viri respōderint ignorātes: copiosum auri pondus quod mittendum apostolico fuerat: secum eos detulisse opinati sunt. Deinde hoc inter se cōuentione pacta condicunt: vt noctu eremum latenter ingressi: et monachos interficerent: et pecuniā asportarent. Quos cum beati viri tentantes irrumpere persensissent: aduentus eorum causā protinus agnoscētes: cōfessionē inter se facere: et sancte crucis se ceperint vexillo munire. Erant aūt ibi duo pueri eorum obsequio ex aula regia deputati: qui prout vires dabāt: stare pro sanctis: et furibus resistere: nisi sunt. Fures vero reperto tandem aditu irruentes: statim omnes pariter occiderunt. Tunc thesaurum auxie pquirētes: et euersis omnibus nihil inuenietes: vt tanti reatus crimen obtegerēt: et humana suspitio nō armis: sed flāmis id potius deputaret: cellam incendere: et ipsa conati sunt: martyrū cadauera cō flagrare. Sz admoti ignes amissis nature viribus: nihil omnino cōsumere vllis hominū studijs potuerūt. Ita. n. eos ēt ipsa parietum materies repellebat: ac si pro lignis durissimi silices essent. Frustrati itaqz fures in fugam se conferre nituntur: sed et hoc illis ex diuina puidentia denegatur. Tota siquidem nocte per fruteta nemorū: p latitudinē saltuū: per opaca siluarū: viā anxiati sunt querere: quā tñ nullatenus valuerūt errabūdis vestigijs inuenire. Sed neqz pugiones in vaginas condere arefactis brachijs potuerūt. Ubi vero sanctorū iacebāt corpora copiosum lumen vsqz in diez splendescere: et dulcissima angelice cantilene non desijt suauitas resonare. Adueniēte aūt die qō factū fuerat regē latere nō potuit: qui ilico ad eremū cū numerosa populi multitudine festinauit: et ne fures euaderēt facta corona hominū totā siluā vndiqz circūcinxit. Qui tādē repti sunt manifesti criminis rei: et ad gladios suos adhuc ex diuina vltione ligati. Rex aūt quid de eis faceret: habita consideratione deliberās: hoc postremo decreuit: vt nequaqꝫ eos sicut merebantur occidi preciperet: sed

cathenis ferreis vinctos ad sepulcra martyꝝ destinaret. Quaten⁹ aut ibi vsqꝫ ad obitum in vinculis miserabiliter viuerent: aut si sanctis martyribus aliter videretur ipsi eos sua misericordia liberaret. Qui cū ad sanctoꝝ tumulū fuissent ex precepto regis attracti: mox ineffabili diuinitatis ōnipotētia fractis sunt nexib⁹ absoluti. Deinde facta super corpora sancoꝝ basilica: innumerabilia non solum tunc: sed et nunc ibi fiunt ex diuina virtute prodigia.

¶ De monacho ab angelo de carcere liberato. Cap. xxix.

Imperator aūt Henricus Busclaui cōsiliū non ignorans: vndiqꝫ vias custodiri precepat: vt si Busclau⁹ Romā nuncios mitteret: in eius ilico manib⁹ deueniret. Monachus vero qui nup missus a sanctis martiribus fuera.t demum captus est: et mox carcerali custodie mancipatus. Nocte vero illū angel⁹ dūi in carcere visitauit: et consumatos esse eos quoꝝ legatione fungebatur innotuit. Statimqꝫ aperto diuinitus carcere. preparatum sibi esse nauigiū in fluuio: quem transiturus erat asseruit: quo festinans monachus angelice promissionis fidem veram esse probauit.

¶ De monasterio sancti Alberti ꝯstructo: et prophetia Romualdi aduersus regem prolata. Cap. xxx.

Cum moraref aūt Romualdus adhuc imperco: Otto monasterium ibi ad honorē sancti Adalberti eo suggerente cōstruxit. Cui cōtigua classensis cenobij predia cōtulit: et ea sibi ex fiscali possessiōe in firmensis monarchie partibus recompensauit. Abbate ergo illic ex Romualdi discipulis constituto: et fratribus aggregatis: cepit eos Romualdus sub magna tenere custodia et docebat eos sub regulari viuere disciplina. Precepit et abbati: vt in eremū secedēs p totā ebdomadā in cella cōsisteret. Diebus vero dominicis ad monasteriū veniēs monachos visitaret. Qui sancti viri iussa cōtēnens cepit seculariter viuere: et pede operis semel exorbitāte a tramite rectitudinis iam longius declinare. Videns ergo Romualdus ꝙ sm sue volūtatis ardorem ibi laborare nō posset: regem protin⁹ adijt: et accepte ꝓmissionis exactor: vt rex monachus fieret: insistere vehementius cepit. At ille facturum se quidem qđ exigebatur asseruit: si tū prius Romā que sibi rebellabat impeteret: et ea deuicta Rauennā cū victoria remearet. Cui Romualdus. Si Romā inquit ieris Rauēnā vlteri⁹ non videbis: et aptissime illi mortē propinquam esse

denunciat: quia eum reuocare non potuit: procul dubio de eius certus interitu. Dum rex Romam properat: Romualdus nauim ascendens ad ciuitatem Parentium transferat. Rex itaque secundum beati viri prophetiam vix a Roma reuerti incipiens: mox langore correptus apud paternum defunctus est.

¶ Ubi gratia perfectionis Romualdo diuinitus est concessa. Ca. xxxi.

Romualdus autem tribus annis in Parentine ciuitatis finibus habitans in vno loco monasterium construxit: et abbatem in eo cum fratribus ordinauit. In duobus vero inclusus mansit. Ibi nempe ad magne perfectionis cumulum pietas illum diuina prouexit: ita vt sancto spiritu afflatus: et nonnulla ventura prospiceret et multa veteris ac noui testamenti occulta misteria: radijs intelligentie penetraret. Anxiabatur autem ibi aliquando in lachrymas erumpere: sed nullo valebat conanime ad contriti cordis compunctionem venire. Factum est ergo quadam die dum in cella psalleret: et in hunc psalmi versiculum incidisset. Intellectum tibi dabo: et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Repente tanta sibi lachrymarum effusio orta est: et ita mens eius ad intelligendas diuine scripture sententias illustrata: vt ex eodem die: et deinceps quamdiu vixit: et quandocunque voluisset vberes sibi lachrymae facillime fluerent: et plurima illum scripturarum mistica non laterent. Frequenter .n. illum tanta diuinitatis contemplatio rapiebat: vt quasi totus in lachrymas resolutus estuante inenarrabili ardore diuini amoris clamaret. Chare Iesu chare: Mel meum dulce: desiderium ineffabile: dulcedo sanctorum: suauitas angelorum: et cetera huiusmodi: que ille sancto spiritu dictante in iubilum proferebat: nos vero humano sensu exprimere talia non valemus. Sic enim apostolus ait. Nos sicut oportet orare nescimus: sed ipse spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et ideo Romualdus missam celebrare coram pluribus nunquam volebat: quia se a lachrymarum inundatione continere non poterat. Unde etiam postmodum nimia iam consuetudine vir simplicis animi putans gratiam sibi prerogatam omnibus esse concessam dicebat plerunque discipulis: Cauete inquit ne multas lachrymas effundatis: quia et visum minuunt et verticem ledunt. Ubicunque autem vir sanctus habitare disponeret: oratorium cum altari primitus intra cellam faciens: deinde se recludens aditum damnabat.

¶ De prophetia Romualdi qua discipulorum prenunciauit aduentum. Cap. xxxij.

Miserunt aliquando ad illum fratres qui morabantur in soli tudine que bifurcum dicitur ꝯsilium flagitantes: qualiter ꝯuersari in Eremo deberent: qualiter diabolicis impugnationib⁹ resistere potuissent. Quoꝝ nuncij cum ad monasterium a quo Romualdi cellula longius aberat peruenissent: ilico venerabilis vir ꝑ spūꝫ coꝝ cognouit aduentū. Precepitqꝫ abbati Ansoni: qui sibi tūc assistebat dicens. Vade inquit ⁊ pulmentū fratribus prepara: q de longinqs partib⁹ aduenerūt. Qui ꝯtinuo cepit eū deridere: ⁊ dicere qꝫ vere falsus ꝓpheta esset. Postremo aūt velut coactus ad monasteriū veniēs: eos quos vir scūs ꝑdixerat orātes iā i eccl̄a repit. Quos vꝫ Romualdus multo salutaris doctrine sale ꝯdiuit: m̄ltisqꝫ deniqꝫ ꝯtra antiq hostis insidias virtutuꝫ armis istruxit. Et postq̄ eos de oibus subtiliter docuit: cū multa eos alacritate ad eremū remisit.

¶ De reditu ei⁹ a parētio: ⁊ nautis ei⁹ meritis de piculo liberatis.

Alio quoqꝫ tpe rursus supradicti fratres ad eū nuncios dirigūt: ⁊ de eadē re ꝯsiliū maiori adbuc anxietate regrunt. Quibus vir venerabilis ait. Ego inquit nunc libellū de pugna demonū scribo: quē vobis cum redieritis dabo vel certe ipse vobiscum forsitan venio. Hoc illi audientes protinus in faciem se ꝓsternunt: ⁊ vt cū illis ire dignaretur: importuna admodū supplicatione deposcunt. Altera vero die ituꝝ se cū eis incunctanter asseruit: ⁊ vt nauim inquirerent iussit. Audiens hoc Parentinus eps̄: nimio merore perculsus est. Inueniens quoqꝫ monachos ꝓpter nauigiū discurrentes: multis ꝯtumeliaꝝ eos dehonestauit iniurijs. Hoc etiā cū ctis iuxta portū manentibus ꝓmulgauit edictum: vt quicunqꝫ Romualdo nauim dare presumeret: ipse quoqꝫ vna cum ipso irreuocabili profectione demigrans: parentium vlterius non rediret. Festine ergo nūcius ad Polensem ep̄m mittitur: vt beato viro naugiū mittere nō moreť. Sepe nanqꝫ prefatus eps̄ adhortatus illū fuerat: vt nequaq̄ de cetero in tam obscuro recessu inclusus lateret: sed illuc se potius conferret: vbi animaꝝ lucrum copiosius facere potuisset. Ne videlicet sicut carbo soli sibimet arderet: sed magis vt reuera lucerna super candelabrum posita omnibus qui in domo dei sunt: radiū sue lucis infunderet. Dū igiť nuncius qui missus fuerat expectareť

Romualdus his qui secum erant fratribus ait. Procul dubio noueritis: quia frater ille tardius veniet: et in aliam nauim nos ire oportet priusquã ille reuertatur. Adueniente autẽ die sancto Dominico in ipso prime lucis crepusculo dixit assistenti sibi cuidã fratri nomine Ingealberto: qui postea archiepiscopus in gentibus factus est. Respice inquit in pelagus procul: et vide duas naues: lõginquis adhuc spatijs pari aduersum nos velocitate tendentes: quarum nos definite debet vna suscipere. Qui curiosius intendens: et expansis oculorum radijs sollicite cuncta perlustrans: aliquod remigandi signum omnino videre non poterat. At cum dies iã iamq3 claresceret: ecce extremo videt intuitu duas naues eminus aductantes: et prenimia adhuc longinquitate quasi totidem volucres apparentes. Quibus tandem subeuntibus portum: interrogati remiges vtrum Romualdum cum suis vellent suscipere: mox noua repleti leticia se et sua omnia in eius potestate constituunt: et beatos se esse tã preciose margarite pondere profitentur. Illo itaq3 die minas aeris formidantes ire noluerunt. Romualdus autem exhortatus est eos: vt statim in spe diuine gratie iter inciperent: spondens eis: quia nullum omnino periculũ sustinerent. Illi tamen tota die ibidem cõmorantes: nocte nauigare ceperunt. Circa diluculum autem subito venti seuiunt: tempestas oritur: mare ab imo fundo versatur. Iam vero furentes vndiq3 procelle ipsos quoq3 remiges transuolant et nauim hincinde percutientes totas pene tabulas laxant. Uideres itaq3 homines alios quidẽ se ad natandum exuere: alios vero diuersis se palustrib9 religare: quosdã aũt vt supnatare fluctib9 possent: remos aut lignũ strictim tenere. Cumq3 in tanto discrimine non iam dubium desperatis omnibus naufragium immineret: ilico Romualdus ad solita videlicet orationis armamenta cucurrit: et reclinato paululum capitio capite deuexo in gremio: preces sub silentio ad dominum fudit. Deinde Ansoni abbati: qui cominus assidebat: secure precepit dicens. Denuncia inquit nautis: vt nequaq̃ timeant: sʒ oẽs se incolumes euasuros absq3 vlla penitus ambiguitate cognoscant. Uix modicum post hoc et ecce vltra oĩuʒ spẽ absq3 vllo humano studio ipsa se nauis dirigit: et mox in portum capreole ciuitatis delapsa celeriter subintrauit. Tũc oẽs liberatori deo dignas referunt gratias: et manifeste se de faucibus ereptos mortis Romualdi meritis ꝓfitentur.

De aduentu Romualdi in bifurcum. Cap. xxxiiij.

Veniens itaq; Romualdus bifurcum: visis omnium fratrū cellulis: quia superstitione quadam ambitiose videbātur: in nulla earum habere hospitium voluit: nisi in illa solummodo in qua Petrus eius venerabilis discipulus habitabat. Uir siquidē Petrus mirabilis abstinentie: multeq; admodum extremitatis erat. Qui cellulam sibi ad sancti Hilarionis exemplū: vix vnq; largior ē fieri quatuor cubitis permittebat. Referebat autem postea idem Petrus: quia dum beatus vir Romualdus cum ipso maneret: et psalmos vterq; inter se vicarijs versib⁹ alternarent: trigies in nocte vel eo amplius se Romualdus ad requisita nature ire simulabat: quoniam affluentium lacbrymarum inundantiam: atq; singultus cohibere non poterat. Cumq; ibi Romualdus aliquandiu moraretur: et fratres non solum de spiritali certamine: verum etiā vt sibi abbatem preferrent: et communia cuncta facerent: admoneret: illi quia suum habebant vnusquisq; sustentatorem: et prout cuiq; libuerat proprij sequebatur arbitrij libertatem: Romualdi precepta suscipere non magnopere curauerunt.

De aduentu eiusdem ad vallem de castro: et multo animarum lucro. Cap. xxxv.

Romualdus ergo sterelitatis impatiens anxia cepit auiditate perquirere: vbi terram potuisset ad proferendos animarum fruct⁹ idoneam inuenire. Misit itaq; nuncios ad camerine prouincie comites. Qui audito nomine Romualdi: nimio gaudio repleti: cūcta sue virtutis offerunt predia: non modo siluarum et montium: sed si sibi etiam placeret agrorum. Postremo repertus est in eorum possessione locus eremitice conuersationi satis congruus montibus vndiq; vallatus et siluis. In medio vero ampla quedam planities: nō solum proferrendis frugibus apta: sed perspicuis etiam fontiū aq̄s irrigua. Hic itaq; locus vallis de castro antiquitus vocabatur: vbi iam parua erat ecclesia: in qua conuersarum quarundam mulierū videbatur esse conuentus. His itaq; loco recedentibus constructis cellulis: illic habitare cum suis discipulis vir venerabilis cepit. Ibi autem quantos animarum fructus per illum dominus acquisierit quis valeat vel atramento describere: vel lingua proferre? Ceperunt nanq; homines ad penitentiam hincinde circumfluere: sua pau

peribus misericorditer erogare: alij seculum omnino relinquere: et ad sancte conuersationis ordinem spiritu feruido festinare. Erat enim vir beatissimus Romualdus quasi vnus de seraphyn: quia et ipse flamma diuini amoris incomparabiliter estuabat: et alios quocunque pergeret sancte predicationis facibus incendebat. Sepe namque dum predicationis verba proferret: tanta illum compunctio in lachrymis excitabat: vt subito interruptum sermonem relinquens: aliquotiens re pentino impetu velut demens aufugeret. Nam et si quando cum fratribus equitabat: longe post alios veniens semperque psallens: nihilominus ac si in cella resideret: iugiter lachrymas effundere non cessabat. Inter ceteros autem: precipue seculares clericos: qui pecunia ordinati fuerunt durissima seueritate corripiebat: et eos nisi ordinis administrationem sponte desererent: omnino damnabiles et hereticos asserebat. Qui nouam rem audientes: occidere illum moliti sunt. Per totam illam monarchiam vsque ad Romualdi tempora vulgata consuetudine vix quisque nouerat symoniacam heresim esse peccatum. Qui dixit eis canonum mihi librum afferte: et vtrum vera sint que dico vestris attestantibus paginis comprobate. Quibus itaque diligenter conspectis: et crimen agnoscunt: et errata deplangunt. Constituit itaque vir sanctus plures canonicos clericos: qui laicorum more secularitter habitabant prepositis obedire: et communiter in congregatione viuere docuit. Nonnulli quoque episcopi qui per symoniacam heresem sacras sedes inuaserant: ad eum causa penitentie concurrebant. Qui etiam venerabili viro se committentes: et episcopatum termino statuto deserere: et ad sancte conuersationis se promittebant ordinem festinare. Ex quibus tamen vir sanctus quamdiu vixit nescio si vel vnum conuertere potuit. Est enim venenata illa heresis presertim in episcopali ordine tam dura: et ad conuertendum rigida: vt semper promittens: semper de die in diem producens: atque in futurum procrastinans: facilius possit iudeus ad fidem conuerti: quam hereticus latro plene ad penitentiam prouocari. In eisdem quoque partibus: vir sanctus monasterium condidit puellarum.

¶ De fure quem frangentem cellam Gregorij per spiritum vidit: et illesum dimisit. Cap. xxxvj.

Solemni quadam die dum vir venerabilis illic cum fratribus in capitulo resideret: et eos salutaris doctrine dapibus satiaret: re-

pente ipsum interrumpens sermonem: anxia quadam animaduersione exclamare cepit: et dicere. Agite nunc inquit agite et quantocius properate: quia iam fratris Gregorij cellam fur frangit. Hic autem Gregorius: archiepiscopus in gentibus postmodum consecratus est. Qui protinus exilientes ad cellam perniciter currunt: et furem iam parietes infringentem inueniunt: quem capientes ad magistrum pertrahunt: et quid de tam sacrilego raptore faciendum esset inquirunt. Quibus vir sanctus cepit hylariter dicere. Et ego inquit fratres ignoro: quid de tam malo homine facere possimus. Eruimus sibi oculos? sed postea non videbit. Incidimus illi manus? sed amplius non laborabit: ac forsitan fame propter hoc peribit. Si pedes truncamus: ambulare non poterit. Sed intro eum ducite: et cibum sibi prius apponite: vt quid de eo faciendum sit interim pertractemus. Et ita exultans in domino: postquam cibari latronem fecit: deinde modeste correptum: et dulcibus verbis admonitum: redire ad propria in pace permisit.

¶ De monasterio vrbis veteris quod construxit. Cap. xxxvij.

Postremo dimissis in valle de castro nonnullis de suis discipulis: ad regionem se vrbis veteris contulit: et in possessione Pharulfi comitis monasterium multis quidem suffragantibus: sed eo maxime expensas prebente construxit. Tantus nanque in sancti viri pectore ardor faciendi fructus incanduerat: vt effectis nunquam contentus: dum alia faceret ad faciendum mox alia properaret: adeo vt putaretur totum mundum velle in eremum conuertere: et monachico ordini omnem populi multitudinem sociare. Multos denique illic de seculo abstulit: quos per plura sacra loca diuisit.

¶ De filio comitis quem cecum post mortem illuminauit. Cap. xxxviij.

Nonnulli quoque nobilium filij contemptis parentibus: ad virum beatissimum fugiebant. Ex quibus etiam filius Guidonis comitis fuit: qui in ipsa pueritia non longo tempore postquam monachus factus est: ad mortem veniens: vidit duos iniquos spiritus: quasi nigros vultures terribiles in se oculos infigentes. Cumque hoc assistenti sibi beato Romualdo puer diceret: protinus addidit. Ecce inquit magister tanti nunc ethiopes intrant: vt iam totum edificium impleant. Exortatur autem vt confiteretur quod deliquisset: hoc solummodo crimen felix ille peccator cum magno terrore confessus est: quia in s-

sus fuerat a priore nescio quas scopas accipere: quas nec dum acce perat. Romualdo igitur tanti facinoris veniam indulgente: in pace defunctus est. Postera vero die cecus quidam prebendarius videlicet patris eius venit ad sepulchrũ illius: et altiori voce clamauit. Hem domine inquit meus si cum deo es sicut credo: preces pro me ad deum funde: et oculoꝝ mihi lumen restitue. Et hoc dicto statim illuminatus est. Nõnulli quoqꝫ ad ei⁹ tumulũ venictes infirmi red diti sunt sanitati. Nam et ipsum eius sepulchrũ velut multis plenum aromatibus redolebat. Et ideo a deo meruit honorari post mortẽ qui p eius amore dñ viueret carnaliũ parentum spreuit hereditatẽ.

¶ De tribus monasterijs: q̃ Romuald⁹ ꝯstruxit. Cap. xxxix.

Interea Romualdus audiens: quia vir beatissimus Bonifatius martyrium suscepisset nimio desiderij igne succensus; vt pro xp̃o sanguinem funderet Ungariam mox ire disposuit. Interim tamen dum in ipsa intentione persisteret: breui tempore tria cõstituit monasteria. Unum videlicet in valle de castro: vbi nũc sanctissimũ corpus eius recõditũ est. Aliud prope esinũ fluuiũ. Tertiũ iuxta oppidũ cõdidit esculanũ. Deinde licentia ab apostolica sede suscepta: et duobus de suis discipulis in archiepiscopis cõsecratis cum .xxiiij. fratribus iter arripuit. Tantus.n. ardor moriendi pro xp̃o in oĩbus estuabat: q vir sanctus ad tale negocium cũ paucis ire difficile poterat. Euntes ergo cũ iam ipsis pãnoniarũ finibus interessent: Romualdus repente langore correptus: vlterius ire nõ potuit. Cumqꝫ diutius pateretur: siquãdo redire disponeret: protinus ex egritudine conualescebat. Sin autem ire vltra tentaret: protinus tota eius facies intumescebat. Cibos quoqꝫ retinere stomaco languescẽte: non poterat. Aduocatis itaqꝫ fratribus ait. Perpendo inquit nequaq̃ diuine voluntatis esse iudicium: vt vltra progrediar. Ueruntamen quia intentionis vestre desideriũ non ignoro: neminem vestrum redire cõpello. Multi nempe et ante nos totis nisibus studuerunt ad martyrij culmen attingere: sed q: diuina prouidentia aliter sensit in suo gradu coacti sunt remanere. Licet ergo nobis omnibus martyriũ defuturꝫ esse nõ ambigo: qui tamen ire. q mecũ redire maluerint vniuscuiusqꝫ relinquatur arbitrio. Quindecim ergo Ungariã prodeuntibus: duobus alibi iam dimissis: vix. vij. cum magistro discipuli remanserunt. Euntes autem quidam flagellantur: venduntur:

duntur:plures dominos subeunt:ad martyrium tñ sicut vir sanctus pdixerat non pertingunt. Romualdus aũt ꝯuerso quodã nobilissimo viro Adbelberonis videlicet ducis ꝯsanguineo: qui postea monachus factus in sancta ꝯuersatione vsqȝ ad morte permãsit:alijsqȝ theutonicis: ad monasteriũ quod in vrbis veteris regione ꝯstruxerat:rediјt. Notandũ itaqȝ est: qꝫ vir sanctus nequaꝗ̃ leuitate visus: falli inaniter potuit:qui secundum intentionem quidem suam martyrium subiјt:iuxta tñ diuinum ꝯsiliũ pro salute coꝝ missus est:quos ꝯuertit. In predicto igit̃ monasterio: multa persecutionis scandala passus est. Volebat enĩ abbatem:vt reuera monachũ:extremitatẽ diligere:secularia ex desiderio nõ tractare:res monasteriј pro vana gloria nõ expendere:fratrũ vsibus necessaria ministrare. Que oĩa diu ille surda aure audiebat ꝛ contẽnebat. Romualdus vero locũ cũ suis discipulis deserens:nõ lõge a castro in pdio in virtute Raynerіј:qui postmodũ marchio tuscie factus est habitauit.

¶ De Raynerio marchione: ꝛ de profectione eius in Vngariam. Cap. xl.

Hic autem Raynerius ꝯiugem suã propinquitatis occasione abiecerat:ꝛ consanguinei sui vxorem quẽ ipse se insequentem occiderat:in cõiugio copularat. Ob hoc itaqȝ Romualdus ne criminis eius particeps fieret:gratis in eius possessione noluit habitare sed vnum sibi aureũ pro aqua alterum vero pro lignis appendit. Quos cũ ille omnimodo respueret:malens videlicet sua dare: ꝗ̃ a sancto viro quicꝗ̃ accipere:postremo tamen victus assensit potius: ꝗ̃ Romualdus abiret. Dicebat autẽ idem Raynerius cum iam monarchiam obtineret:quia nõ imperator:nõ aliquis omnino mortalium tantum mihi metum valet incutere:quantum me Romualdi terret aspectus. Ante eius quippe vultum neqȝ quid dicam scio: neqȝ quibus me defendere valeam vllas excusationes inuenio. Habebat reuera vir sanctus hanc ex diuino munere gratiam: vt quicunqȝ peccatores presertim potentes seculi in eius presentiam deuenissent:mox velut ante maiestatem Dei tremefactis visceribus formidarent. Sanctus nimirum spiritus qui pectoris eius habitator inerat:hunc terrorem iniustis diuinitus intentabat. Illis vero temporibus vir sanctus non longe a maxiliano castro construxit quandam habitationem.

¶ De abbate classis q̃ Romualdũ voluit strangulare. Cap. xli.

Audiens autẽ aliquando quia Venetus quidã classensez abbatiã per coemptionez simoniace heresios inuaserat: insuper quoq3 qꝫ in corpus suũ inique peccabat: illuc protinus ire miles xp̃i impiger studuit: diuersisq3 modis ex eo monasteriũ purgare tẽtauit. Uir autẽ reprobus dum abbatiã metuit perdere: nõ timuit homicidium perpetrare. Intẽpesta siquidẽ nocte dũ Romualdus in lectulo secure quiesceret: ille eũ latenter agressus: impijs cepit digitis guttur eius astringere: nitens eum crudeliter suffocare. Sed dum vir sanctus necdum prorsus intercepto spiramine: anhelitu vix eluctãte raucirct: Ingelbertus ilico magistri singultibus excitatus: torrem mox e sopito igne corripuit: ꝛ ministrũ diaboli ab incepto nefandissimi criminis exturbauit.

¶ De itu eius ꝛ reditu eius rursus a Parentio. Cap. xlij.

Post hec Romualdus denuo parentiũ nauigauit. Sed apl'ice sedis Antistes: ꝛ Romani ciues: ad euz redeundi legationẽ dirigũt: qꝫ si reuerteretur facturos se oĩa eius precepta ꝓmittũt. Sin aũt excõicationis sententiã cominantur. Hoc itaq3 modo suũ Romualdũ alũnum italia recuperare promeruit.

¶ De miraculo latronis in monte piloso facto. Cap. xliij.

Eo itaq3 tẽpore in faucibus calensium montium aliquandiu mansit. Deinde in petranũ montẽ non longe videlicet a monasterio sancti Uincentij: quod iuxta candilianum constitutũ est fluuium demigrauit. Quocunq3 aũt vir sanctus ibat semper fructificans: semper animaꝝ lucꝝ magis ac magis accumulans: ꝛ hoĩes de seculo abstrahens velut totus in ignẽ ꝯuersus ad celeste desiderium animos hominũ accendebat. Volẽs aũt tunc locũ ad eremũ faciendam idoneum inuenire: precepit eidã p̃sbytero: vt ad domũ propriã rediens sibi: ꝛ his qui cũ eo comitabantur alimenta deferret. Deinde montem indagine studiosa perlustrans: postremo quẽdam monachum iuxta paruã basilicã habitantẽ repperit: cui mox vt secum pergeret: ꝛ locum ostenderet vbi aqua inueniretur exegit. Qui nimirum denegauit se domum sine custode posse relinquere: q2 latronum insidiantiũ impetũ formidaret. Ad hec Romualdus se recompensaturum si tale aliquid accidisset cuncta spopondit: sicq3

iam aliene iniurie debitor factus monachum fecisse dixerit. Illis itaque locum querentibus: ecce presbyter vt iussus fuerat prandium deferens: furem iam domum infringentem repperit: repertum cepit: captum vsque ad Romualdi reditum custodiuit. Quem Romualdus inueniens prius illum pia studuit verborum austeritate corripere: deinde dulciter admonens: incolumem permisit ad propria remeare. Sic nimirum: sic diuina prouidentia seruauit illesum: quod in absentis Romualdi fuerat custodia derelictum.

¶ Item miraculum de alijs latronibus. Cap. xliiij.

Rursus dum in eisdem partibus cellas construeret. Erat autem sarcina longe ab eis sub quodam saxo reposita. Tunc vir venerabilis: quendam fratrem illuc quasi cum impetu propulit precipiens sibi: vt minus anxie festinaret. Qui mox superueniens illos quidem iam furari tentantes reperit: sed nihil ex his que reposita fuerant deesse cognouit. Qua ex re recte colligitur beatum virum non sine diuine reuelationis instinctu fratrem cum tanta sollicitudine destinasse: ipso videlicet puncto quo fures ad rem non custoditam contigit peruenisse.

¶ Quare et quomodo Romualdus eiectus est de valle de castro. Cap. xlv.

mentis intentionē dirigat: vt delectationem carnis vel ad momentū. qdē iā vltra nō sentiat: sed sibimet simul: et mūdo mortu⁹ viuat. Ad tollerandas itaq3 calamitates: et miserias: animū pparet: morti se p xpo deuoueat: diuersis virtutum talis lumbos mentis accingat: oia sibimet aspa et dura pponat: vt cū acciderint nō iprouid⁹ eneruiter ↄcidat: sʒ oia equanimiter ferat. Plane sicut fluuius ex sui fōtis ori gine pexigu⁹ orit: sʒ pcessu lōgioris decliuij riuis hincinde ↄfluētib⁹ dilatat⁹: sic interior noster homo in sancte ↄuersatiōis itinere tenuis et velut arid⁹ incipit: paulatim vero p incremēta virtutū quasi riuis vndiq3 ↄcurrētib⁹ ↄualescit. Quisqs ergo nitit amnis flucta restrin gere iuxta fontis aditū necesse est satagat obstacula conuectare: vt vt vbi nōdū amnis: sʒ adhuc riuul⁹ cernit: illic obicib⁹ ipactis facile reprimat. Qui ad aulā quoq3 regiā properare disponit in ipso expe ditiōis exordio cū paucis egredit: ↄfluētis aūt subinde numerus so cietatis auget: quisqs deniq3 huic struit insidias non pcul a domo vnde egredit latitat: vt nec dū ↄstipat⁹ multitudine ↄmeātiū repen tinos ipetos ñ euadat. Tūc aūt veraciter ad regē nr̄uʒ ppātes iter incipim⁹ cū rudes adhuc nouiq3 tyrones in spirituali militie sacrā mēta iuram⁹. Sʒ qr nec dū spūaliū studiorꝫ agmine circūfundimur nec dū pfectiōis virtutib⁹ roboramur: tūc veternōsus hostis añ ipsū egressiōis nr̄e vestibulū insidias pparat: ibi vsutie sue dolos: ibi ma lignitatis artes et laqos: ibi deceptionū machinas et oia pestifere cali ditatis argumēta ↄcinnat: quaten⁹ adhuc riuū tenuē boni opis ob struat: et gradiētē ante q̄ multitudine ↄmeatū fulciat extinguat. Sʒ iter has iaculorꝫ crebrescētiū grādines: inter istas bellorꝫ ingruētiū tēpestates xpi miles ñ formidine ↄtabescat: ñ fract⁹ labore deficiat: sʒ inuicte fidei clipeo pmunit⁹: quo acriora isestātiū luctatorꝫ certami na tollerat: eo certi⁹ de diuina dei auxiliātis aspiratione ↄfidat. Nec prsus addubitet: qr si prime tēptationis articulū euaserit: paulopost roborat⁹ et valid⁹ terga vtētibus suis aduersarijs pualebit. Jcirco nepe isidiator spirit⁹: totum fel sue neqtie circa nouitios euomit: ideo omne virus artificiose ac deceptorie caliditatis effundit qr nō igno rat: qm̄ si tunc effectum puersi conatus amiserit: oportunitatē ledēdi postmoduʒ ñ habebit. Jmo q supplātat nō potuit: ruine postmoduʒ subiacebit: et q rudi nō pualet: exercitato succumbet.

De tribus exterioribus quiete .s. silētio z ieiunio eremitis precipue necessarijs. Cap. v.

Notādū aūt q: cū oibus ad eterna festinātib⁹ vniuerse virtutes animi sint: habende solitarie vite ꝓposito tria sunt ꝑcipue (exteriora vz) ꝯgrua: speciali ꝑceteris obseruatiōe tenēda. Quies.s. silētiuz atq₃ ieiuniū. Et cetera qdē instrumēta iustitie i sola plerunq₃ deuotione vel habitu: iste aūt in exercitio debēt familiari quadā sedulitate versari. Sicut.n.sacerdotis est ꝓpriuz sacrificijs offerēdis insistere: doctoris predicare: ita nihilomin⁹ eremite officium est in ieiunio silētioq₃ qescere: vnde nō frustra reperif ab antiqs vite huius institutorib⁹ dictum. Sede in cella tua: z retine linguā tuā: z ventrez z saluus eris. Uēter siquidem repremēd⁹ est: ne dum ipse imoderate replef cibis: cetera queq₃ membra inficiat vicijs. Lingua vo restringēda quia indisciplinate laxata superne gratie vigore aiam vacuat: z a statu salutiferi rigoris eneruat. Ueruntamen modus atq₃ discretio in talib⁹ est adhibēda: ne qđ indifferēter agif velut onus īportabile p̄ itollerātiā pusillanimitatis deponaf. Quicqd.n.in bti Bndicti regula qcqd i istitutis siue in collationib⁹ patruz ẽ dictuz huic cōpetere ppēdim⁹: tñ in vnuz hic cūcta colligeř supfluū iudicam⁹: huc accedit ꝙ ipsa cellula z diuturna ꝯuersatio pseuerātem efficaciter istruit: z p ꝓcessuz tpis reb⁹ aperit qđ vbis pstrepētib⁹ explicare carnis lingua nō possit. Unde nos explicaf pauca itēdim⁹: eādēq₃ hui⁹ discipline sancte praticā ipsi potissimū cellule refuamus: pseueret.n. monachus semp in cella: z illa habitatorem suum omnem viuendi ordinem plenius edocebit.

De cogitatiōib⁹ vanis z nocuis ñ suscipiēdis vł expellēdis.c.vj.

Hunc aūt de his q̄ aduersanf menti ꝓ stili ꝯpēdio breuiter disputem⁹: vt in spirituali certamine dimicantez aduersus cogitationes ꝓprias z pugnas diuersas quasi quibusdaz telis spiritua instruam⁹. In primis igif qcunq₃ man⁹ ad ꝯfligendum paras cum inuisibili hoste ꝯferere: satage mentez tuam ab omni suggestionum obrepentium impetu peruigili custodia ꝯmunire. Et sicut q supflua z queq₃ purgamēta q̄ de operibus manuuz tuaꝝ decidunt in ignem ꝓtin⁹ abicis: ita nihilomin⁹ cogitationuz tuaꝝ motus in deuz proice: z qm̄ ipse ignis ꝯsumens est illi superflua cordis tui ad consumēduz trade. Memorās illud aplicum oēm sollicitudinē vřam ꝓijcientes

in cũ:qm̃ ipsi cura est de vobis:z propheta. Iacta inqt cogitatū tuũ in dño:z ipse te enutriet. Unũ qppe viriliṫ decertãti e duobus deesse nõ poterit:vt vz suggestionibus aut ingredi tẽptantibus vigil semp obsistas:aut ingressas eliminare ꝯtendas. ſʒ facilius est hostiles impetꝰ in vestibulo frãgere:ꝙ admissos extra menia expulsare: tutius est arcere ꝑforibus:ꝙ laribꝰ intromissos in terga ꝯpellere. Serpẽs nẽpe si ab ipso additu affugeṙ sana sunt oĩa:nihil oĩo corrumpitur:nihil boꝝ q̃ intus sunt inqnaṫ. Si võ semel fuerit admissus: tñ z si ꝙta vis instãtia postmoduʒ cogatur abscedere:de veneno eiꝰ vel squamis necesse erit postmodum vel exiguum aliqd remanere. Ergo sollicitus esto semp:vt tẽptationi principio nascenti velut armatus z expeditus occurras:z paruulos oriẽtium cogitationum motꝰ ad petrã qui est xp̃s allidas. Crede frequentius experto sepe tẽptationẽ quasi certe deliberantes admittimus nobiscum vʒ primitus paciscentes: vt eam ꝙtocius egeremꝰ. Sʒ licet suggestionẽ iã postmoduʒ p egressum ꝯfessionis eiiectamꝰ:ꝯnis nosmetipsos afflictione puniamꝰ (nescio quo pacto) qbusdã pollutionis excluse reliqjs diu carere nõ possimꝰ:z iusto iudicio vt q priꝰ volẽtes vão pbãtasmate dilectabamur: nolẽtes postmodum acriorībꝰ stimulis mordacis ꝯsciẽtie pũgamur.

De gule illecebris fugiendis. Cap. vij.

Et quia p̃nia oĩum gula aduersus incipiẽtes illecebraꝝ suaꝝ ꝯsueuit arma vibrare:aduersus hanc bestiã: z ipse feruidus assidue ꝯtinẽtie telis accingeṙ. Suadet illa vt modũ refectionis excedas:tu tui corporis frenum tenens ad sacietatẽ nunꝙ peruenias. Suggerit forte lautiores cibos appetere:tu post peractũ munus quo cibi reponantur attende. Si.n.digne perpendimus eiusdẽ fere vesanie est ad esculentiores epulas inhiare: z Anitergia cũ eisdẽ in cuniculos mergẽda depingere:eque nimiꝝ ambitio vtraqʒ ridendã est:qz sicut egestionũ sordes melius pictura nõ tergit:ita etiã venter hoĩs suaues cibos a grossioribus nõ discernit. Porro autẽʒ fauces z gula callent quidẽ suauitatẽ ciboꝝ sed ea diutius pfrui neqũt: qz ventri ꝓtinus queqʒ dentibꝰ attrita trãsmittunt: sic itaqʒ alternis vicibꝰ z gula cui cibi sapiunt ab eis in momẽto deseriṫ:z vetri nõ sapiunt:a quo diutiꝰ seruãtur. Explorat autẽ diabolus qd nos ad vescẽduʒ suauius iudicemus: hoc igiṫ oblato suadet tenaciam vt exaciat gulam: nimiꝝ dum hoc nulli dare disponimꝰ:z tempus edẽdi ꝯgruuʒ expectamus

interim mēs nr̄a crapule fit meditatorium: ꝛ male exundans labes escarꝫ. Ut ergo materiā huius vexationis amittas: proijce qđ male seruat: ꝛ protinus mens libera deposito oē quo p̄mebatur erigitur. Quidā vero cū lautiores cibos nō appetant obtētu tñ pacti pagendiue ieiunij: refectionis frenū precipiti libertate relaxant. Sed certū est: quia ciboꝝ illa imoderata perceptio corpus nō tā viribus roborat: ꝙ mole grauat: sensum obtundit: torporē ingerit: somnolentiā parit: ꝛ dū vtrinqꝫ ventositatē frequenter emittit cor fixū in orōne vel psalmodia tenere tumor insolens nō pmittit: si itaqꝫ vires in summedis alimentis expectas: nunꝙ modū temperate sobrietatis excedat: quia quod salubre ē corpori: ꝯstat etiā spirituali amicū iesse virtuti.

¶ De vestium paucitate ꝛ vilitate amanda. Cap. viij.

Vestibus vilib⁹ ꝛ paucis esto ꝯtent⁹: assuesce igitur vt leui ac p exiguo semp induaris amictu. Quod quidē in initio non sine labore fit: sꝫ pcedente ꝯsuetudine: dū quasi in natura v̄tit̄: in cōmoditas frigoris facile mitigat̄. Porro extremitas vestiū: ciboꝝqꝫ penuria oēm auaritiā de corde monachi p̄rsus expellit. Ad quid.n. mihi cōcupiscere: qđ nō alimētis nec indumētis accrescat: igitur nuditatē pedū: ꝛ exiguitatē vestium: lecti duritiā: ciboꝝ asperitatē: aque potū ieiuniūꝫ sine pulmento ꝛ cetera huiusmodi: incipientes quideꝫ nō sine quādā formidine perhorrescimus: perseuerantes aūt ꝛ longanimiter insistentes: facilia prorsus: ꝛ tollerabilia deputam⁹. Asperitatē qppe frequentia mitigat: rigorē ꝯsuetudo cōmendat.

¶ De nihil p certo diffiniēdo ꝛ d̄ cogitationib⁹ discernēdis. Ca. ix.

Hanc etiaꝫ tibimet indicere ꝯsuetudinē nō grauerís: vt aggrefsurꝰ te aliqd facturꝰue nunꝙ procerto diffinias: sꝫ poti⁹ si deo placere cognoueris cum quadā vꝫ ꝯditione disponas: oēmqꝫ volūtatem tuā a dei voluntate suspendas. Sic itaqꝫ ad agēdū aliqd extrinsecus satage: vt superne dispositionis arbitriū assidue versetur īmente. Quaten⁹ si conatus tuus obuiāte cuiuslibet difficultatis obstaculo frangitur mens tua protinus ad diuine prouidentie iudiciuꝫ reuertatur. Inter fluctuantes plane cogitationū inundantiū impet⁹ mentem tuā quasi rethe ꝯstitue: q̄ vꝫ recta ꝯsilia velut pisces ꝯtineat: ꝛ vanas cogitationes effluere: atqꝫ elabi permittat: discerne cogitationes: ꝛ nō solū q̄ ad mentē veniant: sꝫ etiā vnde veniat vigilāter attende. Animaduerte quid loquar: sepe nāqꝫ malignus hostis pte

rita peccata ad mētē reuocat: vt eisdē rursus illecebris delecteris: sepe diuinus spūs idipsum facit: vt in fletibus cōpungaris: et cū vna eademq3 res ad diuersos exitus tendat: plerunq3 mens improuida: qd circa se agat ignorat. Sepe a bono spiritu bona cogitatio peragēde vz pietatis immittitur cui9 se auctorē callid9 insidiator astuta persuasione mentitur ne .s. bonū fiat: qđ decepta mēs ab aduersario suggestum putat. Sepe dū psallim9 tanq̄ pijs cogitationib9 a diabolo vehementius oppugnamur vt dū mens nr̄a quasi piū qd cogitare se cōsiderat ab intelligendo qđ psallit oculos licenter auertat. Porro dū psallimus: deo nr̄o sacrificium laudis offerimus. Sed huic sacrificio pestilentes spūs: velut arpie circumuolat: et prauas ingerendo cogitatiōes illud (tanq̄ illectis quibusdā stercorib9) fedāt: aut certe ōio diripiunt si tēptationibus nos infestando ab ōrone cōpescunt: sz sicut sacrificia placare deū si nobis rapta sunt nequeūt: ita et que fuerint inquinata auctorē mūditie placare nō possunt: vnde pari mō cauendū est: ne vel nos acquiescamus in tēptatione deficere: vel hostis insiliens sacrificium nr̄um cogitationis fede ɔtagione valeat inquinare. Siue scripturaz meditatiōi deditus: siue cupiā operis sis inten9us: frequenter ad ōrones recurre: et terre prostrato corpore mētem ad celū erige. Quo fit vt et eoz temptatio deserat: et ab oculis accidia diu sedentibus importuna discedat: vez noli diu prostratus iacere: quia tunc diabolus tanq̄ et ipsa mens iaceat ad temptandum infestare festinat: et mixta somno cogitationū phantasmata submini strat. Quotiescunq3 .n. occultus hostis dormitantis oculos palpitare senserit: mox tedioso cordi iaculum praue cogitationis infigit. Quia tunc vz oportunum nocendi locū calidus insidiator inuenit cū mētē nr̄am a custodie sue circūspectione languescere per oculi exterioris indicium deprēhendit. Sepe manus ad ōronem lmodum signi saluatoris extende: vt dum crucis imaginem conaris exprimere merito apud crucifixum veniā valeas facilius impetrare.

Contra omnes tentationes mortis sepultureq3 memoriā multū prodesse. Cap. x.

In omni etiā pugne titillationis vt certamine: sepulchrum stude semper ad memoriā reuocare. Ira fortassis efferit: animū dirige ptin9 ad sepulchrū mox ois amaritudo deponit dū in quo furor humanus vergat mēs pūida ɔtēplatur. Supbie spiritus inflat: sepul

chrum ad mentem redeat: necessario illic rigide ceruicis tumorem p̄mim⁹ vbi ciuerē nos ꝓcul dubio pulucrēq3 pēsam⁹. Quid sup̄bis terra ⁊ cinis? Inuidie faces inflammant ad sepulchrum respice: ⁊ disce quoniam qui tā cito ab hac vita discedimus: frustra bona tēporalia alijs inuidemus. Incentiua libidinis estuant: sepulchrum doceat q̄ velociter humani corporis vigor abscedit vel arescat: ⁊ q̄ superfluo voluptuosu3 corruptibili carni cubile substernitur quā v3 horrende domus requies in proximo p̄stolat. Gule pruritus illecebrat: sepulchro ꝑtin⁹ ad mētē reducto ꝯsidera: q2 dū carnē nr̄am delicate vel tenere fouēdo distendim⁹ cibū ꝓcul dubio vermiū saginamus: eoq3 fit vt quo plura comedim⁹ a pluribus comedamur dūq3 vētrē molliter alim⁹ ingratis ꝯuiuis alimēta nutrim⁹. Auaritie stimul⁹ incitat ad sepulchrū p̄sto scp recurre: ibiq3 ꝯdisce: q2 mortalitatis hui⁹ incassum stipēdia plura ꝯgerim⁹: q iter ipsum qd ꝑgimus tam breui spatio terminam⁹. Accidia te vel somnolētia deprimit: sepulchrum te doceat ꝓ eternis nūc premijs vigilare: in quo v3 te necesse est diutissime sine vlla postmodum operatione quiescere: quatenus qui eternam requiē gaudij celestis expectas: alacriter nunc cū proprie desidie torpore momentaneo labore ꝯfligas. Uestium te nitor oblectat ad sepulchrū recurre atq3 perpende q̄ vesane desipiant: q exornare vile puluisculū vestibus ambitiosis anhelant: qui nimir̄ iccirco lutū auro ꝯtegūt sordib⁹ mūditias supponūt: q2 q̄ vera sint ornamēta interioris hoīs nō intelligunt. Uanagloria fortassis eleuare te nititur ad sepulchru3 respice ⁊ quo fine oīs humana gloria claudat attēde. Oīs.n.caro fenū ⁊ oīs gloria ei⁹ q̄si flos feni. Prurit lingua p ventosa sine scurrilia verba diffluere sepulchrum ad mentem redeat: ⁊ sic a criminosa: sic ēt ab ociosa vel iocosa nihilominꝰ loquacitate cōpescat. Illic nimir̄ perite valebis addiscere q̄ districte expediat a cunctis hui⁹ vite vanitatib⁹ declinare: ⁊ ne plura enumerādo diuti⁹ te ꝓtraham in omni pugne surgētis articulo hec te sollicitudo nō deserat: vt protinus mentis oculos ad sepulchrū cōtemplādū ꝯuertas: quatenus dum te illic imundum abiectumq3 puluere3 esse ꝯsideras ceruicem cordis aduersus conditorem in arrogantiam nō extollas. Dumq3 te cōspicis proculdubio moritur̄ iam te pulsantibus vitijs exhibeas velut mortuu3. Esto quoq3 sollicit⁹: vt cu3 prauam tibimet cogitatiōe3 adesse ꝯspexeris extēso pollice ꝓtinus cor tuū signare se

stines: quatenus dum in ipsam carnem signum sancte crucis impri‑
mit̃ ꝯtinuo interior homo: ad dimicãdum cum cogitatione puersa to
tis virib⁹ excitet̃. Sicq̃ mens assumpto triumphali vexillo hostib⁹
suis viriliter obuiet: ꝛ proprijs sedibus dum adhuc in vestibulo retar
dantur exturbet.

¶ Quomodo confiteri debeas. Cap. xi.

Quod si aliqñ ꝯsistens in cellula illicitum aliquid cogitãdo vel
ẽt operãdo peccaueris: vnde te q̃tumlibet cõscia paucefacta
remordeat: nõ statim prodeas vel propositi silentij rigorem frãgas:
ipsi aũt dño nr̃o Jesu xp̃o ꝯfitere ꝛ future iã ꝯfessiõis velut q̃sdã illi
aras in hũc modũ trade. ¶ Dñe Jesu xp̃e eterne põtifex ꝛ sãctoꝝ
minister ac veri tabernaculi sacerdos iuxta ordinẽ Melchisedech.
q sanctũ ꝛ imaculatum proprij corporis tui agnum hostiam salutarem
obtulisti deo prĩ in odorem suauitatis pro peccatis nr̃is: ꝛ sic nõ sine
sanguine semel in anno in sancta sanctoꝝ intrasti: hoc est ipsum celũ
vt appareas vultui pr̃is tibi ꝯfiteor q: cecidi in hoc peccatum qd̃ ocu
los tue maiestatis latere nõ potuit. Unde ꝛ propter hoc ꝛ pp̃ter alia
innumerabilia ꝛ grauissima peccata mea nõ sum dign⁹ infelices ocu
los meos leuare ad celum: vel ingredi in sanctã ecclesiam tuã: aut ẽt
benedictum nomen tuũ pollutis labijs meis exprimere. Quapropter
lachrimabiliter obsecro imẽsam clemẽtiam tuam q pro peccatorib⁹
mihiq̃ similibus mori dignatus es: vt hoc mihi indulgeas: ꝛ ad ve‑
ram fructuosamq̃ penitẽtiã me peruenire concedas saluator mũdi.
¶ Qð si adhuc ẽt q̃ris quõ sol⁹ ad horam primã vel ꝯpletorium de
beas ꝯfiteri. Sic dicito. Ego miserrim⁹ ꝛ infelix ꝯfiteor coram deo
tibi sancta ꝛ gloriosa virgo Maria: ꝛ vobis oẽs sancti dei mea cul‑
pa: mea culpa: mea culpa: peccaui nimis p supbiã in suggestione: de‑
lectatione: ꝯsensu: cogitatione: verbis: ꝛ opere: propterea deprecor te
pijssima dei genitrix: ꝛ vos oẽs sancti ꝛ electi dei vt orare dignemini
pro me misero peccatore. Intercedentibus vobis oĩbus misereatur
mihi oĩpotens deus: dimittat mihi oĩa peccata mea: liberet me ab
omni malo: ꝯseruet: ꝯfirmet: corroboret me in omni opere bono: ꝛ ab
soluat me dñus ab omni vinculo delictoꝝ meoꝝ: ꝛ perducat me xp̃s
dei filius ad vitam eternam. Amen.

¶ De his que ad leuandum pondus eremitice auste‑
ritatis valent. Cap. xij.

PLane omni conatus instantia: summisq3 viribus enitere vt lachrymarum gratiam contemplationis pfectionē possis attingere. Nō nimirū nō ad hoc tantūmodo pficit vt in illo beatitudinis regno gradus supius acquirat. Sz ad hoc etiā: vt in hac vita quā ducis oīs rigide austeritatis horror abscedat: seseq3 qcqd districtiōis: qcqd afflictiōis amarū videbat in dulcedinē vtat. Cū vz amor timori: libertas successerit huituti. Tunc necessitas in voluntatē vtit: 7 inenarrabili charitatis incendio suaue fit 7 iocundū: qcqd eaten9 aspum videbat 7 durū. Porrò israeliticus popul9 in vastitate eremi 9stitut9 cū 7 in egyptū iā redire nō posset: 7 adhuc pmissaz terrā meritis pcedētib9 nō intraret: laboris 7 itineris tediū: diuerseq3 necessitatis inopiā coactus est sustinere. Sic nimirū si qsq3 tenebrosā mundi huius iā latitudinē spreuit: s3 adhuc tū ad pfectionis culmē torporis astrictus ignauia nō aspirat: multas erūnaz laborū q3 molestias necesse ē pferat: vtpote q inter vtrūq3 9sistens: 7 mūdane psperitatis qualicunq3 cōsolatione nō vtit: 7 tū adhuc superne 9templationis lumē nō meret. A mundo siqdē auertit oculos quē relīqt: 7 lumē necdū valet videre: quod querit: nō habet iā de seculari delectatione qd gaudeat: 7 spūalē letitiā nō degustat: ad quā vz nō ingenuo feruore festinat. Quapp aut ad perfectionē totis nisibus elaborandum est: aut multa calamitatū: tēptationū q3 tedia pferēda. Durū sane est regalis curie militiā sustinere; at postq̄ grām regis adeptus eius cepis lateri familiari9 adherer: cubiculū frequēti9 ingredi: astare 9spectui: mutua miscere colloqa: puatis interesse 9silijs: tot9 mox ille militie labor dulcis 7 amen9 efficitur: inquietūq3 negociū: quauis quiete suauis deputatur. Nimirū sine labore laboras: sine molestia fatagis: siue vexatione discurris. Festina ergo vitioz passiones elidere: vt in cubiculū regis admissus ei valeas tanq̄ domesticus adherere: 7 mētis tue acies eo liberi9 in lucis auctorē intēdat: quo tenebrosa phātasmatū vanarūq3 cogitationū caligo ñ obstat. Sin aūt multiplici tēptationū obsidiōe vallamur: diuine respectu clemētie repente i 9tēplationē rapimur: 7 sic velut itra diuersoriū magnificā regis gliaz p occultas fenestras īspicim9: dū corpore foris posito vētoz pcellas 7 pluuiarū inundantiū turbines sustinem9. Sicq3 quodāmodo solus oculus regaliū deliciaz voluptate pfruitur: dū cetera mēbra flagris 7 cruciatib9 exponuntur. Ut ergo lauigetur labor itineris: tendēdi sunt oculi ad regē

mansionis. Leue nimis fit omne qd pegim⁹: si pre oculis meta semp habet: ad quā festinamus. Illud quoqz ad leuiādū districtionis eremitice pondus nō mediocriter pficit: si cibi parcioris inopiā: ꝛ potus ariditatē: alia qz nōnulla carni ꝯtraria sibimet qs ad tps idicit. Nā cū postmodū ad ꝯsueta reuertitur: cōsuetudinis regulā remissionis lassitudinē arbitrat. Et collatione quadā facta: lucrum caro nō mini mum deputat: bis aliquid adiecisse quibus ꝯtenta viuebat.

¶ Quomodo lachrymarū gratia possit acquiri. Cap. xiij.

SEd quia lachrymis insistendū esse docuim⁹ ꝯsequenter etiā quō ad ipam lachrymarū grām possit attingi: put eaꝝ largitor infuderit breuiter intimem⁹. Qui ergo nō tā arido corde merere: qꝫ ꝛ lachrymaꝝ inundantia q̄ris affluere: non modo te a strepitu negociorū secularium remoue: sꝫ a fraterni sepe colloqj mutua te fabulatiōe cōpesce. Oēs ad te mundane actionis curas: ꝛ sollicitudines amputa: ꝛ eas tanqꝫ rudeꝝ moles: ꝛ meatus obstacula ab obstructi fontis spiramine submouere festina. Sicut .n. in cauerna terre de abysso veniens aqua colligitur: sꝫ obicib⁹ oppressa nō effluit: sic in humano corde ꝯsiderata pfunditate diuini iudicij tristitia nascitur: que tn̄ per fletū lachrymis erūpentib⁹ nō emanat: si terrenoꝝ actuū sufflamen obsistat. Tristitia qppe lachrymaꝝ materia est: sed vt hui⁹ fontis possit vberꝝ vena perfluere satage cūcta negocij secularis obstacula remouere. Et quod frequēter expert⁹ sum nō omittā: ipse quoqz spiritualis zelus: disciplina cōmissoꝝ: correptio delinquētiū: sancte pdicationis alloquiū: hec ꝛ his similia tā ꝛ si sancta sint: ex diuina prorsus autcoritate mādata: lachrymaꝝ proculdubio noscuntur esse impedimenta. Si igit ad lachrymaꝝ grāꝫ pia vis intentione pertingere: nō solum a terrenis negocijs: sꝫ ꝛ a quorundā te aliqū spiritualiūꝫ exercitioꝝ executiōe cōpesce. Malitiā quoqz: irā ꝛ odium: ꝛ reliqs vitioꝝ pestes de antro tui cordis elimina: ne si te accusatrix ꝯsciētia forte remordeat: mens tua intimi roris vacuefacta madoribus: ariditate formidinis ꝯtabescat: dicente scriptura arescentibus hoībus pre timore. Sanctitatis qppe fiducia ꝛ testis innocentie conscientia purā mentē qbusdā celestis grē riuulis irrigat: ꝛ resoluit in lachrymas: duritiam squalidi cordis emollit: ꝛ profluendi meatum fletib⁹ apit. Sit ergo ꝯsciētia tua pura: munda: nitida: sit sincera: sit azima: atqꝫ ab omni labe nequitiaꝝ spiritualiūꝫ defecata: ꝛ cum cōpunctio

cordis erũpere pperat: obex mordacis ɔcupiscẽtie nõ obsistat: ne ne cor pauidũ digne formidinis algor obstringat: ⁊ lachrymarum aqua v sa in glaciẽ nõ currat: quãquã ⁊ metus criminũ compunctionẽ aliqñ pariat lachrymarum: sed aliud est timor fuilis: aliud gr̃a spiritalis: qua vꝫ holocausta medullata deo sup arã ɔtriti cordis offerimus: ⁊ pingue sacrificiũ in odorẽ suauitatis salubriter adolemus. Que nimirũ sancti spũs gratia si defuerit: quis mentẽ ad supernã gliaꝫ qs subleuare ɔtendat: licet gehenne supplicia vel pterita peccata ad memoriã reducat: vl' etiã dñice passiõis mysteria recolat: ppter hec tñ oĩa lachryme nõ erumpunt: cui mentis archana peccatis exigentibꝰ obdurescunt. Tu aũt sicut prudens ⁊ operosus agricola: agrũ tuũ indefinenter exerce: terrã tui cordis ⁊ corporis vomere sancte disciplinae proscinde: glebas duritie minutatim ɔtere: vitiorum vepres extirpare ɔtende: ⁊ sic paratus quotidie tensis in celũ oculis: superni hymbris inũdantiã pstolare. Nã summus arbiter (ille vꝫ occultus inspector) q stat post parietẽ nr̃um respiciens p finestrã nr̃am: pspiciens per cancellos: licet ad tẽpus aquã prouida dispẽsatione ɔtineat: si te sic solerter agentem ac vigilem esse ɔspexerit: in proximo agrũ suũ vberibꝰ proprij charismatis hymbribus irrigabit: ⁊ ita diuersis virtutũ floribus ager honorabitur: vt qui hactenꝰ squalidus ac sterilis videbatur: iã prouentu exuberantium segetum feraciter cumuletur.

¶ De pseuerando in eo vite modo quẽ semel qs arripuerit. C. xiiij.

PReterea vite modũ quẽ semel arripueris pseueranter tene: ɔstanter exequere: ne senica (quod absit) a temetipso videaris vertigine discrepare: ne male volantis hycari sequaris exemplum: q nimirũ dũ modo summa penetrat: modo dimissis alis ad ima declinat in constantie sue diffrenata libertas in hiãtis eũ pelagi pfunda precipitat: ne forte (quod dĩ) mlticolore te vas mutabilitas reddat: sꝫ vniformẽ potiꝰ status grauitatis exhibeat. Persevera itaqꝫ in eo qd cepis: ⁊ rectã ɔsuete vite lineã tene: ne te nouũ semp varietate vite diuersitas reddat: sꝫ in sancte ɔstantie fundamẽto fixe regule cõsuetudo stabiliat: vt diuturne ɔsuetudinis vsus obdulcet quod tanq̃ amarum prius ⁊ asperum infirmitas humane fragilitatis abhorret. exhibe te vndiqꝫ virtutũ nitore ɔspicuũ: ⁊ vniformi (vt ita loquar) veste sanctitatis ornatũ: cui vꝫ nullus cuiuslibet vitij pannus videat assutus. Inhonestum quippe vĩ atqꝫ ridiculũ: si indutũ veste purpu

rea:sericis ocreis:calceis deauratis:solū te villosi arietis pileū inter multas ornamētoꝝ infulas exhibeat rusticanū. Quod dicere gestio tale est. Cū in afflictione ieiunij:in censura silentij:i abiecte vestis asperitate Antonium prebeas:ne i leuitate risus vel facete dicacitatis vrbanitate Democritū ostendas. Quis.n.ꝯsensus templo dei cum idolis? Que societas luci ad tenebras? Dei cū Belial? modicū.n. fermentum totā massam corrumpit. Sic igitur ager aie tue virtutis segetibus floreat: vt nequaquā veprium aculei per incuriā inhorrescant. Sic ex vna parte rectitudo videntes edificet: vt ex altera vitio emergente (velut impacto Ariete) qđ edificatum est nō vacillet. Esto itaq̧ grauis incessu: maturus in verbo: piger ad vindictam: velox ad indulgentiā siue petētibus siue nō petentib⁹ veniā. In oīb⁹ te exhibe ꝯsumate ꝟtutis exemplū:ꝛ vt ðī vndiq̧ te ꝓbe teretē: atq̧ rotundum: vt malleo nūc discipline ꝯtusus:ꝛ lima penitētie sanctiq̧ certaminis expolitus: postmodum sine tinnitu vel strepitu ponaris in ordine lapidum ignitoꝝ.

¶ Qualis eligi ꝛ qualis esse debeat eremitaꝝ prior. Cap. xv.

Quia igitur pro stili cōpendio qualiter cōuersari debeat eremita vtcunq̧ descripsimus. Qualiter iā esse eremitaꝝ por expediat:in calce opusculi breuiter annectam⁹. Nec dicendus est ordo preposterus si is qui officio dicendus est primus: in descriptione regule ponaꝛ extremus. Cum ꝛ prius debeat in eodē proposito viuere:ꝙ precedere:oīu3q̧ se ꝓbere debeat minimū q̄ in regimine videt esse prelat⁹. Cauendū itaq̧ est:ne de monasteriali ordine por eligat inter eremitas:licet prudens sit ꝛ doctus vel regularibus disciplinis videat instructus. S3 ex ipso ꝓposito frater eligatur spūalis qui v3 iam ceperit eremitice viuere:ꝛ experimento didicerit ꝯtra spiritales nequitias dimicare. Qui pugnas alieni cordis ex semetipso domestice colligat:ꝛ qđ ex ore ꝯfitentis audierit ex propria ꝯscientia velut attrita manus ad prelium recognoscat. Stude itaq̧ prior vt te ꝯtiguus alloquar:quaten⁹ quos prioratus officio supas: si possibile est: quātūlibet etiā vita ꝓcedas. Viuida quippe ꝛ efficax in discipuloꝝ cordibus predicatio est:alijs alimenta prouidere:prudentes vero in ieiunij rigore persistere. Optime vigilias ꝓdicat qui post longū psalmodie decursum: signum excitandis fratribus pulsat. Eloquentissime dum tacemus silentium cōmendam⁹. Fructuose de extremita

te vestium disputat: qui se pannoꝝ ↄscissione deformat. Indumētoꝝ iuxta diuitē nitore conspicuus frustra cū Joāne cameloꝝ pilos ꝑdicat. Ultor iniurie patientiā nō suadet. Qui cumulandis pecuniaꝝ ꝗ stib⁹ inardescit: ignē auaritie i alieno pectore nō extinguit. Qui crebra vagatiōe raptat̄ ō morādi cēsura friuol⁹ disputator habet̄. Qui aūt cellulā ꝑpetu⁹ incolit: ad stabilitatis ꝓconiū ō toto corpoꝛ linguā facit: z cū os taceat muta mēbra melius (q: z multiplicia) clamant. Uite tue semp habeto testē: q z occulta bona tua i frēs edificatoria debeat relatiōe trāsfundere: z famā tuā a sinistra possit suspitiōe purgare. Per planiora duc gregē tuū: ſ excelsa interiꝫ discret⁹ ductor ostēde: quatenus dum dispēsationi tue deputāt ꝗ remissius viuūt: z auctoritati patruꝫ districta que audiūt: ad ↄscēdēdā ꝑfectiōis arceꝫ expeditius accingant̄: pudeatqꝫ ipsos ignobiliter in imis hebescere q p excelsa ↄdiscūt ꝓuios ingenue cōmeasse. Per recta gradientib⁹ te seu parēteꝫ ꝓbe: in delinqūtes aūt discipline vigorē ↄelat⁹ exerce. Pro obseruāda intra ↄsciētiaꝫ inocētie puritate noli virgam deponere discipline. Sic tñ correptionis v̄bū ex labijs ꝓferat̄: vt fraterni amoris in pectore dulcedo seruetur. Sicut capiēdis auib⁹ de manu stantis accipiter aduolat: sic indignationis vox sine tue mētis indignatione ꝓcedat. Nam z sagitta cui infigitur vulnerat: sanguinem tñ is a quo ꝓdijt arc⁹ ignorat. Notandū tñ q: fragilis mēs ab eremi ꝑseuerātia facilius frāgitur ēt si leuis iniurie summoteri⁹ occasio prebeatur. Nā z grauis sarcina tāto minori deliberatione deponit̄ ꝗto z ipse quodāmodo suadere videt̄ humerus q grauat̄. Facile igit̄ ab illoꝝ cohabitatione discedit̄: vbi ↄsqꝫ quotidiana frui victus inopia rarissimam vero copiam tollerare iubet̄. Unde tēperata discipline arte vtendum: ne quos afflictio priuata debilitat inietta dura increpationis asperitas sternat. Cuiuscūqꝫ fortiter agētis exēplū (siqdem ex tuis est supp̄ssa ꝑsona) ꝓfer in mediū. Si aūt extraneꝰ est vocabulū exprimat̄. Efficaci⁹. n. ꝑñtium cohortant̄ exēpla ꝗ veteꝝ: z magne ↄfusion⁹ pudor est: si cū sanctis viris in vna simul viuētes etate: in rectē ↄuersatiōis studio eis i aliquo nō reperiāt̄ equales. Quandoquidem illos sola mentium ingenuitas roborat: istos aūt diuersoꝝ temporum debilitas non excusat.

¶ De venientibus ex seculo ad eremum Cap. xvi.

SI qñ ō seclari habitu qs ad eremū ↄuerti voluerit: noli (iuxta

prio℞ norma)rudimēta monasterij suadet. Sꝫ si deuotio vera ac sincera patuerit in eremo quā flagitat ꝯuersatiōis aditū pbe. Eo qppe (vt lugens loquar) pleraqꝫ deuoluta sunt monasteria vt vitiosiores reperiātur ab eis egressi ꝙ hij q nup sunt de mūdani naufragij fluctibus eruti. Et certe simplici metallo monete signū ꝯgruēter imprimit: at postꝙ falsatus est nūmus difficile est vt ad veritatem monetalis regule corrigat. Pateat igit aditus venieti de seculo: vt imprimat quodāmodo simplici supueniēs figura metallo. Ingressus aūt cellulā nō statim omnem ꝯsuetudinis regulā pmittat implere: sꝫ diu q̄rat qō difficulter inuetum carius teneat. Postmodū vero omnes sancto desiderio relaxarent habene: ꝛ quicquid ardui mēs spirabit: attēptet: vt in ipso feruoris spiritu semite sublimioris iter aggrediat incedere: a qua postmodū ignobiliter pudeat declinare. Et initij sui rudimēta pro exemplo semp ante oculos teneat. Et si nō ementiora ꝯscenderit ab his saltem dilabi que dudū ceperit erubescat.

¶ De his q ex cenobitica ꝯuersatione ad eremū accedunt. C. xvij.

SI aūt ō regula monasterij fit: q ad eremū properat: supstitiosas quasdā mōastice discipline cēsuras: supuacuos tintinnabulo℞ clāgores: cātilenarū multiplices armonias: ornamento℞ phalerās: ꝛ cetera talia quadā sobrie reprehensionis arte dijudicat: ꝯpetēter extenuat: sine dānatione depreciāt: inferēs illud apostoli: qr in xpo Jesu nec circūcisio valet aliqd nec pputium: sed noua creatura: et iteꝝ: qr altissimus nō habitat in manufactis: illud ēt ad Timotheum quia corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas aūt ad oīa vtilis est: his igit ꝛ hmōi documētis existimationē monasterialis ordinis quodam modeste censure libramine supprimet: vt dum in audiētis mēte fabrica ꝯsuete vite destruit: plate solitudinis edificiū ꝯstruatur. Et ad stādū se ō cetero ꝯstāter accingat q se hacten⁹ iacuisse ꝯsiderat. Si vō post pacti laboris diuturna certamina post edomitas macerate carnis illecebras cū iā se viderit quorūdā vitio℞ velut totidē hostiū calcare ceruices: ceperit inmoderat⁹ trāsacta despicere: ꝛ ea q̄ presto sunt liberiori laude pferre: tunc cenobio℞ sunt efferenda pconia: ꝛ q̄cūqꝫ in eo℞ disciplinis agūtur: ad dei gliam referēda: ac salutaris obediētie perhibēda sunt sacrificia quaten⁹ dū pfessio vite cōmunis extollit: ō singulari proposito siqua forte subrepserat arrogātia deprimat. Nequaꝙ quasi ō perfectioris vite pūilegio tumeat:

dus plerosq; in inferiori gradu tāto sublimius: q̄to humili' incedē-tes adhuc fortasse nō equat. Admonēdus est: vt siquid agēdum fortassis immineat non propterea (quorundā more cenobitaꝝ) velociter psallat: ⁊ ne de psalterio ad negocium vice puersa tāq̄ de pelago ad litus enatare ꝯtēdat. Anxietatē q̄ppe spūs callidus insidiator immittit. quietum vero ⁊ humilem animo vbi requiescat princeps pacis ingrit. Respōdeat igit̄ aduersario suggerēti fabulosa dum psallit. Dū hoc qd̄ p̄ manib' est officium perago interim tace postmodum siquid cā ductauerit innotesce. Qd̄ si adhuc ptinacius ingruit ⁊ obfirmatus obsistit: vtrunq; simul ⁊ id quod mittitur: ⁊ eū qui miserit maledicat. Adiciat quoq; verbis cum terrere minacib' dicēs: me infelix desere: ⁊ tremēdū iudicij diem ante oculos pone in quo videlicet iuste dānatus es: ⁊ ppetuis postmodum flāmis vltricibus exurend'. Qui nimiꝝ terror plurimum valet ad sopandā pugnā: ⁊ ad effugādā versuti insidiatoris astutiā: hinc est ēt q̄ p̄missis orōnib' exorcismi semp ecclīastica traditiōe subiungit̄: qui vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculm p ignem: vt dum malignus spiritus tante formidinis in temptatione procellitur a creatura dei territus expellat̄: his ⁊ hmōi telis cōmilitones tuos subtiliter instrue: ⁊ in acie cum aduersarijs iugiter dimicare preuius doce.

¶ De patiētie virtute illi q̄ p̄est maxime necessaria. Cap. xviij.

Plane cum oībus debeas florere virtutib' q̄ ad virtutis exēplū es super alios ꝯstitut' patiētie virtuti propēsi' studeas: omnigene aduersitatis obstacula p patiētiā vince. Patientia te durum lapidē imo insecabilem p̄beat adamātē. Adamātis q̄ppe sigillū formam ceteris lapidibus imprimit: s; vicissim in se nulli' solidita tis imaginem prorsus admittit. Mēs quoq; tua si irruētib' aduersis nulla ꝑturbatione nutauerit velut alieni in se lapidis imaginem non accipit: imo suū alijs caracterem imprimit: dum quicquid aduersitatis acciderit in salutem sibi suauitate mentis ⁊ animi trāquillitate ꝯuertit. ¶ Aut raro aut nunq̄ capitulum cum fratrib' celebret quo p̄missa metanea te nō accuses: vltro ēt vt in te scopaꝝ disciplina ꝓcedat: humili satis auctoritate ōposce. Si vel tuū vel cuiuslibet fris lesum aduersū te aīum senseris: noli q̄escere donec studeas vulnus mētis ꝑ quē cā dictaꝝ erit vel corripiendo: vel mulcendo: vel ēt satisfaciēdo sanar̄. Idcirco vō sup prioris officio diuti' v̄ba ꝓtrahim' q̄ǫ di

uina gratia preduce omnem subiectorum pfectionem in eius pendere magisterio non ambigimus: qd.n.stomachus in humano corpore hoc propemodum prior est spirituali in congregatione: sicut.n. de stomachi receptaculo vigor et robur per omnia corporis membra diffunditur: ita nimirum de bene administrato presidentis officio omne corpus in charitatis compage degens vegetatur.

¶ Non pfecta et consumata eremitice vite instituta sed leuiora quedam huius conuersationis principia in hac regula contineri. Cap. xix.

Obsecro autem ne me fratres mei districtiori quam hic legitur lege viuentes dissolutionis arguant: et austeritatem eremi me temperasse austerioris forte censure quam debeant sugillationibus reprehendant. Nam cum Israellite illi carnales decidentibus Beniamin filijs veniabiliter parcunt: vnamque Israel cecidisse tribum lachrymabiliter gemunt: et amari fletus vlulatibus conqueruntur: quid nobis agendum est: cum videamus inter ecclesiastice discipline reliquos ordines eremitice professionis numerum cotenus iminutum vt in plerisque terre prouincijs non ambigamus funditus esse deletum. Parcendum est ergo Beniamin egregijs videlicet ac robustissimis inter Israelitas ceteros bellatoribus. Quatenus venialis et moderata discretio p posteritatis incrementa multiplicet: quos vtique districta seueritas vel potius humana fragilitas annullauit. Et sic tribuum numerus constet: dum ea quam perisse videbatur austeritas temperata conseruet. Nam et illud quoque non excidat quod sancti apostoli qui missi fuerant crucem Christi humano generi predicare: omniumque virtutum adoptionis filios documentis imbuere: inter ipsa nascentis fidei rudimenta hoc solum quibusdam preceperunt gentilibus: vt abstinerent se ab imolatis simulachrorum et sanguine et suffocato et fornicatione. Imponentes quippe minima non prohibuerunt maiora: vt qui noue doctrine duritia poterant deterreri: quandoque ad fortia conualescerent: preceptis minoribus inuitati. Et a paruis ac leuibus velut pueri adhuc lactentes inciperent: vt grauiora legis mandata in etate perfecta postmodum valentes implerent. Nos etiam qui spiritalis infantie crepundias teximus: et lactis adhuc eremitice (vt ita fatear) incunabula fabricamus: dum debiles quosque nostrique consimiles p planitiora deducimus: expedite precinctos ab ardui montis ascensu minime prohibemus. Quatenus imbecilles adhuc: sic lactis liquor enutriat: vt valentes ac viuidos corpulentioris cibi soliditas non repellat. Nunc autem

ex diuine clementie bonitate confidim⁹ q̄ quisquis illa peragere que in hoc opusculo scripta sunt augendi prouect⁹ intentione studuerit: non ledetur a morte secūda: nec delebitur nomen eius de libro vite. Sed agnus ille qui eum post se crucis sue conspicit gestatorem in celesti Jerusalem ascribet sibimet procul dubio coheredem.

¶ Explicit libell⁹ Petri Damiani de institutione eremitice vite.

¶ Incipit libellus sancti Basilij de laudib⁹ eremitice vite.

Libet de singularis vite meritis pauca pstringere: ꝛ qd de tante vite culmine sentiā laudando potius q̄ disputādo breuiter intimat. Solitaria nāq; vita celestis doctrine schola est: ac diuinaꝝ artium disciplina. Illic Deus est quod discit: via qua tenditur: atq; ad summe veritatis notitiā peruenit. Eremus nempe est paradisus delitiaꝝ: vbi tanq̄ redolentium species pigmentoꝝ vel rutilātes flores aromatum: sic fragrantia spirant odoramenta virtutū. Ibi siquidem rose charitatis igneo rubore flammescunt: ibi lilia castitatis niueo candore candescunt: cū quib⁹ etiam humilitatis viole dū imis contente sunt: nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfecte mortificationis exundat: ꝛ thus assidue orōnis indesinenter emanat. Et cur queq; singula cōmemorem: quūquidem illic diuersa virtutū germina diuersis venusta colorib⁹ rutilant: ꝛ perpetue viriditatis grā incomparabiliter vernant. O erem⁹ sanctaꝝ mentiū delectatio intimi gustus inexhausta dulcedo. Tu caminus ille caldaicus: vbi sancti pueri furentis incendij vires orōnibus reprimunt; ꝛ ardore fidei crepitantiū circa se flāmaꝝ globos extingunt. Ubi. s. ꝛ nexus vrunt: ꝛ ardorē mēbra nō sentiunt: quia ꝛ peccata soluunt: ꝛ ad hymnū diuine laudis aīa puocat: dicēs dirupisti dn̄e vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Tu fornax vbi superni regis vasa formantur: ꝛ ad perpetuū nitorē malleo penitētie percussa: ac lima salutifere correctionis erasa pueniūt. In qua nimiꝝ absolute anime rubigo consumitur: ꝛ scabies peccatoꝝ ac scorie deponunt. Uasa siquidem figuli pbat fornax: ꝛ eremitā iugis celle tentatio. O cella celestium negociatoꝝ apothheca: in qua vz illaꝝ merciū summa reconditur: qb⁹ terre viuentiū possessio cōparatur. Felix negociatio in qua terrenis celestia transitorijs mutantur eterna. Felices inq̄ nundine vbi venalis eterna vita proponit: ad quā emendā (etiā si qd minimū sit) sufficit

qd habetur: vbi breuis afflictio carnis emit celeste conuiuiu: et exigue lachryme risum capiunt sempiternu: possessio terrena distrahitur: et ad eterne hereditatis patrimoniu peruenit. O cella spiritualis exercitij mirabilis officina: in qua certe humana aia creatoris sui imaginem in se restaurat: et ad sue redit originis puritate. Ubi sensus obtusi ad subtilitatem sui acuminis redeunt: et vitiate nature azima sincera reparatur. Tu das ieiuniis (qui videnf ora pallentia habere) vt mens corp diuine grê sit pinguedine saginata. Tu das vt hõ mundo corde deum aspiciat q suis obuolut' tenebris seipsu prius ignorabat. Tu hoiem ad suu facis redire principiu: et de exilij deiectione ad antique dignitatis reuocas celsitudine. Tu facis vt homo in mentis arce astitutus: cuncta sub se videat defluere: semetipsu quoq in ipsa rerp labentium pspiciat detrusione transire. O cella sacre militie tabernaculum: Procinctus triumphatoris exercit': Castra dei: Turris Dauid que edificata es cu ppugnaculis mille clypei pēdēt, ex teois armatura fortiu. Tu campus diuini precij: spiritualis harena certaminis: angeloz spectaculum: palestra fortiter dimicantium luctatoz: vbi spus cu carne agreditur: et fortis ab infirmitate supaf. Tu vallu in expeditione currentiu. Tu munitio fortiu. Tu psidium nescientiu cedere bellatoz. Fremat hostiu circufusa barbaries: vibrantium gladioz sylua densescat: qui in te sunt lorica fidei pmuniti sub imperatoris sui inuicta ptectione tripudiāt: et de hostiu suoz certa iā deiectione triumphant. Quibus nimiz di: dns pugnabit p vobis: et vos tacebitis: vel si vnus est noli inquit timere: plures nobisci sunt: q cu illis. O erem' mors vitioz ac proculdubio fomes et vita virtutu. Te lex attollit: prophetia miratur: et quicunq ad pfectiones venerunt: tuum nouerut pconiu. Porro tibi Moyses debet his acceptе legis decalogu. Per te Helias nouit dei pertransentis excursum. Per te Heliseus duplice Helie fortitus est spiritu. Et qd amplius dica? qnquidem Saluator mundi in ipso redemptionis humane pmordio pcone suu tui accolā fecit: quatenus sub ipsa iā seculi venientis aurora ex te lucifer veritatis erumpet: post quā plenus sol veniens mundi caligine splendoris sui radijs illustraret. Tu scala illa Jacob q hoies vehis ad celu: et angelos ad humanu deponis auxiliu. Tu via aurea que hoies reducis ad patriā. Tu stadiu qd bene currentes prouehis ad coronā. O vita eremitica balneu animaz:

mors criminum: purgatoriū sordidoꝝ. Tu mētius secreta purificas squallores diluis scelerꝝ: atqꝫ ad angelice nitorem munditie puenire aīas facis. Cella nēpe est ꝯciliabulū dei ⁊ hoīuꝫ: corporea in carne degentium: ⁊ spirituum supnoꝝ. Illic siquideꝫ supni ciues ad colloquia humana ꝯcurrunt: vbi nō lingua carnis verba ꝯcinunt: ſꝫ sine vocis strepitu facunda mentium arcana patescunt. Cella siquidem ꝯscia est secreti ꝯsilij qd̄ hēt cum hominibus deus. O ꝙ̄ pulchra rerum species cuꝫ frater in cella ꝯstitutus nocturnas peragit psalmodias: ⁊ quasi pro diuinis castris militares custodit excubias. Cōtemplaī in celo cursus sideꝝ decurrit ēt p os eius ordo psalmoꝝ: ⁊ sicut p̄cedētes ac subseq̄ntes stelle ad diem suas vicissitudines alternādo pueniunt: ita psalmi qui ex ore eius tanꝙ̄ ex quodā oriente p̄cedunt: ad suū finē paulatim parili determinatiōe decurrunt. Iste sue fuitutis exhibet miniſteriū: illa delegatum sibi exeqūtur officiū. Iste psallendo intrinsecus ad lucē tendit inaccessibilē: illa sibi inuicē succedēdo eius exterioribus oculis visibilē reparant diem: ⁊ duꝫ vtraqꝫ ad suū finē diuerso tramite properant: seruo dei etiā ipsa elementa quodāmodo seruiendo ꝯcordāt. Cella siquidē testis est ꝙ̄to diuini amoris igne cor ferueat: ⁊ vtrū pfecte deuotionis instantia quis dei faciē querat. Nouit cum mens hoīs celestis gratie rore pfunditur: ⁊ p cōpunctionis fletum lachrymaꝝ inundantium imbrib⁹ irrigatur. Ubi ⁊ si ex carneis oculis lachryme nō erūpant: ipsa tñ amaritudo a lachrymaꝝ fletibus nō elongaī: sufficit.n. si mens sit flectibilis: etiā si iugiter flere nō possit. Cella est ergasteriū: in quo p̄ciosi lapides poliuntur: quatenus in structura tēpli: sine vllo cudentis mallei sonitu postmodū disponantur. O cella dñice sepulture propemodum cum la: que in peccato mortuos suscipis: ⁊ per afflatū sancti spirit⁹ reuiui scere facis. Tu es ab huius vite turbida vexatione sepulchrum: sed celestis vite pandis introitum. Te portum tranquillitatis inueniūt: qui naufragium mundani fluctus euadūt. Te potētis medici ꝯclaue decernunt qui vulnerati in prelio hostiles manus effugiunt. Moꝝ eniꝫ vt tui culmine perfecto corde succeditur omnis sauciate anime liuor: oīs certe interioris hoīs plaga curatur: Te Hieremias aspexerat cum dicebat. Bonū est prestolari cum silentio salutare dei: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius ⁊ tacebit: q: leuabit se sup se: habitator.n. tuus leuat

se sup se:qz dum esuriēs anima a terrenoꝝ se obtutib⁹ ꝛ in diuine cō/
templationis arce suspendit a mundi se actib⁹ segregat:atqz in altuꝫ
ꝑ ꝯtemplationis celestis desiderij pennas volat. Cūqz illū q̄ est sup
oīa conspicere satagit:semetipsum quoqz homo relinquit:ꝛ mūdane
vallis deiectionem trāscendit. O cella spiritale prorsus habitaculuꝫ
q̄ de supbis facis humiles:de gulosis sobrios:d crudelibus pios: de
iracundis mites:de odiosis reddis in diuina charitate feruētes. Tu
lubrice lingue frenum:tu luxuriosis renibus nitidum castitatis adhi
bes cingulū: tu facis vt leues quique ad grauitatem redeant:vt io/
cosi scurrilitatibus parcānt:vt vaniloqui se sub districta silentij cen/
sura ꝯstringant. Tu ieiunioꝝ ac vigiliaꝝ nutrix. Tu patiētie custos.
Tu purissime simplicitatis magistra:ac omnino fraudulēte duplici
tatis ignara. Tu facis vt vagos quosqz xp̄i cathena coerceat:vt in/
disciplinati moribus a sua se prauitate ꝯpescant. Tu facis vt homo
sit hilaris atqz iucundus: ac nulla a semetipso moꝝ inequalitate di/
uersus. Tu ēt facis lapidem quadrum ꝯstruendis videlicet celestis
Hierusalem menibus aptum. Qui nimiꝝ nō ex leuitate moꝝ se ver
satilem prebeat:sed fixus semper in sancte religionis grauitate ꝯsi/
stat. Tu homines a semetipsis extraneos reddis:ꝛ vasa vitioꝝ flo/
rere virtutibus facis. Tu nanqz es speculū animaꝝ vbi se mens hu
mana ꝑspicaciter intuens:qd̄ minus est impleat:qd̄ supfluum repri/
mat:qd̄ obliquū est dirigat:qd̄ dforme ꝯponat. Tu nuptialis es tha
lamus. Recti diligunt te:ꝛ q̄ te fugiūt veritatis luce priuati quo gres
sus ponere debeāt nō agnoscunt. Licet.n.nescientib⁹ amara videa/
tis in cortice:magnuꝫ tn̄ est qd̄ intrinsecus latet cum ꝑuentum fuerit
ad suauitatem medulle. O eremus mundi ꝑseq̄ntis effugium:labo
rantium quies:merentium ꝯsolatio: ab estu seculi refrigerium:pec/
candi repudium:libertas animaꝝ. Te Dauid petijt cuꝫ mundi ma
la pferret:cum timidi ꝛ tenebrosi cordis tedium sustineret. Ecce in
quit elongaui fugiens ꝛ māsi in solitudine. Et quid ampli⁹ memoreꝫ
q̄ñqdem ipse saluator oīum in exordio sue manifestationis inuisere:
ac propria te dignatus est habitatione sacrare? Debitorem ergo se
tibi mundus agnoscat: vnde predicatuꝝ ac miracula factuꝝ susce/
pisse se deum nō ignorat. O erem⁹ terribile spiritibus malignis ha/
bitaculum:vbi celle monachoꝝ velut tētoria ordinata castroꝝ quasi
turres Syon:ꝛ quasi propugnacula Hierusalem eriguntur. adner/

fus affirios:z ɔtra faciem Damasci:imo cum vno spiritu diuersa ge runtur officia:dum vz hic psallitur:illic oratur:i alia scribitur:in alijs vero manuuz operibus insudatur. Quis non huic diuina verba cō gruere eremo ēt videat quibus dicitur. Quaz pulcra tabernacula tua iacob:tentoria tua israel:ut valles nemorose z orti iuxta fluuios irrigui:vt tabernacula que fixit deus:quasi cedri ppe aquas. Et qd amplius de te dicaz o vita eremitica:vita sancta:vita angelica:vita benedicta viuaꝝ animaruz exedra gemarū celestuz:curia celestium senatoꝝ:odor tu⁹ cūctorū aromatū fragrantiam superat:sapor tuus sup distilantes fauos sup oīa mella gutur illuminati cordis edulcat. Atqz ideo quicquid est quod de te dicitur dignitatis tue meritis nō equatur:quia nulla carnis lingua exprimere sufficit:qō de te spiritus inuisibiliter sentit. Et qō tu sapis iteriori gustu atqz medulla cordis nunq̄ plene explicat corporalis organum vocis. Illi te nouerunt qui te diligūt. Illi preconia tue laudis agnoscunt:qui in tui amoris am plexib⁹ fideliter regescūt. Ceteꝝ qui hoc ignorāt quomodo preualēt nosse te? Me autē tue laudis imparem fateor. Sed vnuz pro certo scio o vita benedicta quod de te indubitanter affirmo:quia quisquis in amoris tui desiderio pseuerare studuerit ipse quidez habitator est tuus:sed eius in habitator deus:diabolus illi suis tēptationib⁹ seruit atqz illuc eum tendere unde eiectus est gemit. Victor itaqz demonū socius efficitur angeloꝝ. Exul mundi heres est paradisi:abnegator sui:sectator est christi. Et qui nunc p eius vestigia graditur peracto cursu sine dubio ad eius gloriā prouehētur. Atqz vt id ipsuz fidēter dicā:qui singularē hanc vitam vsqz ad finem vite pro diuino amore tenuerit de habitaculo carnis egressus ad edificādū pueniet domuz non manufactam in celis.

¶ Explicit libellus sancti Basilij de laudib⁹ eremitice vite.

¶ De hoc libello. D. Franciscus Petrarcha in primo de vita solitaria.

¶ Magnus ille Basilius librum paruū de solitarie vite laudib⁹ scripsit:quem in quibusdam vetustimis codicibus sic interdū Pe tri Damiani opusculis insertum vidi:vt dubiū me fecerit an Basi lij esset an Petri. Hec ille. Nos autem sicut in antiquissimis volu minibus inuenimus illum beato Basilio ascripsimus.

Inuenies studiose lectoꝛ in hoc volumine in scribendis distin/guẽdisue dictionibus errata quedã: vix enim fieri potest. vt impres/soꝝ erroꝛe vel negligentia aliqua nõ omittantur. Quia tñ nõ multi momenti visa sunt ⁊ talia vt per seipsum quisqꝫ vel mediocriter eru/ditus facile videre ⁊ coꝛrigere possit: ⁊ qꝛ quedam inter imprimen/dum ita coꝛrecta sunt vt nõ in omnibus voluminibus ea sint errata: que in aliqbꝰ inueniuntur. Nos ea colligere minime curauimus.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s A B C D E.

Quaterni onmes preter c qui duernus est ⁊ s quinternus.

Impressa sunt hec omnia in monasterio Fontis boni qd sacre camaldulensis eremi hospitium dicitur ⁊ ab ea per vnius miliarij spatium distat camaldulensiũ eremitaꝝ iussione ⁊ impẽsis: arte vº ⁊ industria Bartholomei de zanettis brixiensis. Anno dñice incarnatiõis. M.D.XX. absoluta die .xiiij. Augusti.

Laus Deo.

